


KG 3955



SCYTHICA ET CAUCASICA
E VETERIBUS SCRIPTORIBUS GRAECIS ET LATINIS
COLLEGIT ET CUM VERSIONE ROSSICA EDIDIT
BASILIUS LATYSCHEV.
VOL. II. **SCRIPTORES LATINI. FASC. 2.**

ИЗВѢСТИЯ
ДРЕВНИХЪ ПИСАТЕЛЕЙ
ГРЕЧЕСКИХЪ И ЛАТИНСКИХЪ
О СКИФИИ И КАВКАЗѢ.

СОБРАТЬ И ИЗДАТЬ СЪ РУССКИМЪ ПЕРЕВОДОМЪ
В. В. ЛАТЫШЕВЪ.

ТОМЪ II. ЛАТИНСКИЕ ПИСАТЕЛИ.
ВЫПУСКЪ 2-й.

СЪ ГЕОГРАФИЧЕСКОЙ КАРТОЙ.



САНКТПЕТЕРБУРГЪ.

ТИПОГРАФИЯ ИМПЕРАТОРСКОЙ АКАДЕМИИ НАУКЪ.

Вас. Остр., 9 лин., № 12.

1906.



Напечатано по распоряжению Императорского Русского Археологического Общества.
Секретарь В. Дружинин.

C. IVLIVS SOLINVS.

Г. ЮЛІЙ СОЛИНЪ.

[Съ именемъ Г. Юлія Солина дошло до насть землеописаніе, представляющее собою компиляцію, основанную главнымъ образомъ на *Naturalis Historia* Плінія. По нѣкоторымъ даннымъ можно предполагать, что сочиненіе это написано въ 1-й пол. III в. по Р. Хр. См. Schanz, *Gesch. d. röm. Litter.* III, стр. 201 сл. — Текстъ: C. Iulii Solini Collectanea rerum memorabilium. Iterum rec. Th. Mommsen. Berol. 1895].

COLLECTANEA RERVM MEMORABI-
LIVM.

1, 101. Apollonides perhibet in Scythia feminas nasci quae bitiae vocantur¹⁾: has in oculis pupillas geminas habere et perimere visu si forte quem iratae aspexerint. [hae sunt et in Sardinia].

СВОРНИКЪ ДОСТОПРИМЪЧАТЕЛЬ-
НОСТЕЙ.

Аполлонидъ сообщаетъ, что въ Скиѳіи рождаются женщины, называемыя «битіями»: они піютъ-де въ глазахъ двойные зрачки и губатъ своимъ взглазомъ, если случайно на кого посмотрятъ въ глахъ. Такія женщины есть и въ Сардинії.

1, 109. Rex Ponticus Mithridates duabus et viginti gentibus, quibus imperitabat, sine interprete iura dixit²⁾.

Pontійскій царь Мітредатъ безъ посредства переводчиковъ чинилъ судъ 22 племенамъ, надъ которыми властвовалъ.

2, 11. Hoc in loco [scil. Ariciae] Orestes oraculo monitus simulacrum Scythicae Dianaе, quod de Taurica extulerat, priusquam Argos peteret consecravit.

Въ этомъ мѣстѣ [т. е. въ Ариції] Орестъ по совѣту оракула посвятилъ кумиръ Скиѳской Діаны, который вывезъ изъ Таврики, прежде чѣмъ отправился въ Аргосъ.

2, 28. C. Coelius Aeetas tres filias dicit Angitiam Medeam Circen... Medeam ab Iasone Buthroti sepultam filiumque eius Marsis imperasse.

Г. Целій говоритъ, что у Эита были три дочери: Ангітия, Медея и Кирка... Медея была погребена Іасономъ въ Буеротѣ, и сынъ ея былъ царемъ Марсовъ.

5, 21. Gelonium stagnum taetro odore abigit proximantes³⁾. ibi et fontes duo, alter de quo si sterilis sumpserit fecundatur: alter quem si fecunda hauserit vertitur in sterilitatem.

Гелонское болото отгоняетъ приближающихся къ нему отвратительнымъ запахомъ. Тамъ есть также два источника: одинъ *такой*, что если изъ него выпить бесплодная, то дѣлается плодовитою, а другой *такой*, что если изъ него черпнеть плодовитая, — становится бесплодной.

9, 19... [Alexander Magnus] subegit Asiam Armeniam Hiberiam Albaniam... Taurum Caucasumque transgressus est...⁴⁾.

[Александръ Великий] покорилъ Азію, Арmenію, Иверію, Албанію... перешелъ черезъ Тавръ и Кавказъ...

1) Cf. Plin. VII, 17 (supra, p. 187).
compilavit Isidorus 18, 13, 8.

2) Cf. Plin. VII, 88 (supra, p. 187).
4) Cf. Plin. IV, 89 (supra, p. 169).

3) Наес

10, 7... deinde Haemus sex milibus passuum arduus, cuius aversa Moesiagetae Sarmatae Scythae et plurimae insidunt nationes... ¹⁾.

Затѣмъ Эмъ вышиною въ 6000 шаговъ, задніе склоны которого занимаютъ Месиагеты, Сарматы, Скиены и множество другихъ народностей.

10, 11... in parte, quam Aroteres Scythae tenuerunt ²⁾, celebrant quondam urbem Geraniam (Cathizon vocant barbari), unde a gribus Pygmaeos ferunt pulsos. (12) manifestum sane est in septentrionalem plagam hieme grues frequentissimas convolare. nec piguerit meminisse quatenus expeditiones suas dirigant... (14) Pontum transiturae angustias captant, et quidem eas (nam promptum est oculis deprehendere) quae inter Tauricam sunt et Paphlagoniam, id est inter Carambim et Criumetopon... ³⁾.

... Въ той землѣ, которую занимали Скиены-Пахары, прославляютъ *быгий* нѣкогда городъ Геранию (варвары зовутъ *ею* Каизономъ), откуда, по преданію, Пигмеи были выгнаны журавлями. Достовѣрно известно, что зимою журавли во множествѣ слетаются въ сѣверные страны; не лишнимъ будетъ упомянуть, какъ они направляютъ свой полетъ... При перелетѣ черезъ Понтъ они выбираютъ наиболѣе узкія части *ею* (ихъ легко схватить глазами) и именно тѣ, которыхъ находятся между Таврикой и Пафлагоніей, т. е. между Карамбидою и Криметопомъ...

12, 1. Quartus Europae sinus Hellesthonto incipit, Maeoti ostio terminatur... ⁴⁾.-

Четвертый европейскій заливъ начинается съ Геллеспонта, а оканчивается устьемъ Меотиды...

12, 3. Haec profunda delphinis plurimos habent... (13) ibi praeter phocas rara belua est. ⁵⁾ plurimus thynnus in Ponto, nec alibi paene fetificant ⁶⁾: nusquam enim citius adolescunt, scilicet ob aquas dulciores. ingrediuntur veris tempore. intrant dextero litore, laevo exeunt: hoc inde accidere credunt quod dexteris oculis acutius cernant quam sinistris.

Въ этихъ пучинахъ водится множество дельфиновъ... Тамъ, кроме тюленей, рѣдко встречаются большия морскія животныя. Тунцы во множествѣ водятся въ Понти и почти не плодятся въ другихъ мѣстахъ, ибо они никогда не растутъ такъ скоро, именно благодаря болѣе прѣснымъ водамъ. Вступаютъ они туда въ весенное время; входить правою стороною, а выходятъ лѣвою; какъ полагаютъ, это происходитъ отъ того, что они лучше видятъ правыми глазами, чѣмъ лѣвыми.

13, 1. Hister Germanicis iugis oritur, effusus monte qui Rauracos Galliae aspercat. sexaginta amnes in se recipit ferme omnes navigabiles. septem ostiis Pontum influit: quorum primum Peuce, secundum

Истръ береть начало съ Германскихъ высотъ, изливаясь съ горы, которая обращена къ галлійскимъ Равракамъ. Онъ принимаетъ въ себя 60 рѣкъ, *которые* почти всѣ судоходны. Изливается

V. 2 «moesiagetae】 GHS, moesiagathae L, moesi getae AP; etiam apud Plin. moesiagetae exhibent cod. quidam; inter quas gente (scr. Getae) sarmatae scythae Capella (cod. Reich.); Massagetae Sarmatae Scythae Isidorus». Mommsen. || V. 6 tenuerunt supplavit M. ex Plinio; om. libri. || V. 7 Geraniam: garaniam LGP.

1) Cf. Plin. IV, 41 (supra, p. 169). 2) Cf. Plin. IV, 44 (supra, p. 169). 3) Cf. Plin. X, 60 (supra, p. 190). 4) Cf. Plin. IV, 75 (supra, p. 169). 5) Cf. Plin. IX, 50 (supra, p. 190).
6) Cf. Plin. IX, 47 (supra, p. 190).

Naracustoma, tertium Calonstoma, quartum Pseudostoma; nam Borionstoma ac deinde Spilonstoma languidiora sunt ceteris, septimum vero pigrum ac palustri specie non habet quod amni comparetur. priora quatuor ita magna sunt ut per longitudinem quadraginta milium passuum non misceantur aquori dulcemque haustum incorrupto detineant sapore¹).

13. 2. Per universum Pontum fiber plurimus, quem alio vocabulo dicunt castorem. lytris similis est, animal morsu potentissimum, adeo ut cum hominem invaserit, conventum dentium non prius laxet quam concrepuisse persenserit fracta ossa. testiculi eius adpetuntur in usum medellarum: idcirco cum urgeri se intellegit, ne captus prosit, ipse geminos suos devorat²).

13. 3. Mittit Pontus et gemmas quas a patria Ponticas dicimus genere diverso: aliae aureas, aliae sanguineas habent stellas, et hae quidem inter sacras habentur: nam quae ostentationi potius quam usui diliguntur, non guttis aspersae sunt, sed longis colorum ductibus liniuntur³.

14. 1. Hypanis oritur inter Auchetas⁴) Scythicorum amnium princeps, parus et hanstu saluberrimus, usque dum Callipidum terminis inferatur, ubi fons Examphaeus infamis est amara scaturrigine: qui Examphaeus liquido admixtus fluori amnum vitio suo vertit, adeo ut dissimilis sibi in maria condatur. (2) ita inter gentium opiniones fama de Hypane discordat: qui in principiis eum norunt, praedicant, qui in fine experti sunt, non iniuria execrantur.

въ Понть семью устьями: изъ нихъ первое называется Певка, второе — Наракское, третье — Прекрасное, четвертое — Ложное; ибо Сѣверное и затмъ Спилонстома текутъ медленнѣе прочихъ, а седьмое, стоящее и подобное болоту, не можетъ быть и сравниваемо съ рѣкой. Зато первыя четыре такъ велики, что не смѣшиваются съ морской водой на протяженіи 40000 шаговъ и удерживаютъ въ неприкосновенности свой прѣсный вкусъ.

По всему Понту въ изобилии водится бобръ, котораго иначе называютъ кастроромъ. Онъ похожъ на выдру и чрезвычайно крѣпко кусается, такъ что если нападетъ на человѣка, то не разжимаетъ стиснутыхъ зубовъ, пока не почувствуетъ хрустѣнія сломанныхъ костей. Его шумы употребляются для изготавленія лѣкарствъ; поэтому, когда онъ замѣтитъ преслѣдованіе, то самъ пожираетъ свои «двойники», чтобы никому не доставить пользы въ случаѣ поники.

Съ Понта доставляются также дорогіе камни, которые мы по происхожденію называемъ Понтійскими. Виды ихъ различны: одни имѣютъ золотыя, другіе — кровавыя звѣздочки, и послѣдніе считаются священными; ибо тѣ камни, которые выбираются ради тщеславія, а не для употребленія, не усъяны каплю, а обрисовываются длинными полосами размѣзьцѣвъ.

Ипандъ, главнейшая изъ скіескихъ рѣкъ, береть начало въ земли Авкетовъ; вода его чиста и чрезвычайно здоровая для питья, пока она не входить въ предѣлы Каллипидовъ, гдѣ есть источникъ Эксампей, пользующійся дурною славой за свою горькую воду. Этотъ Эксампей, соединившись съ чистою водою, заражаетъ собою всю рѣку, такъ что она изливается въ море не похожая сама на себя [т. е., совершенно измѣнивъ вкусъ воды]. Поэтому мнѣния разныхъ народовъ объ Ипандѣ различны: тѣ, которые знаютъ его въ верховьяхъ, хвалятъ, а испытавшіе въ низовьяхъ справедливо проклиаютъ.

V. 3 «spilonstoma LGHSA Dicuī; stoma (om. spilon) P, ubi superor. vel stenon; stenostoma Ammianus; spireonstoma libri Pliniani; debuit esse psilonstoma testibus Ptolemaeo 3, 10, 4, Arriano peripl. 31, 85, Anon. peripl. ponti Eux. 63 ». Mommsen.

1) Cf. Plin. IV, 79 (supra, p. 171). 2) Cf. Plin. VIII, 109 (supra, p. 188).

3) Cf. Plin. XXXVII, 179. 4) Cf. Plin. IV, 88 (supra, p. 179); Mela II, 1, 7 (supra, p. 121).

15, 1. Apud Neuros nascitur Borysthenes flumen¹), in quo pisces egregii saporis et quibus ossa nulla sunt nec aliud quam cartilagini tenerrimae. (2) verum Neuri, ut accepimus, statis temporibus in lupos transfigurantur, deinde exacto spatio, quod huic sorti adtributum est, in pristinam faciem revertuntur. (3) populis istis deus Mars est: pro simulacris enses coluntur: homines victimas habent, ossibus adolescent ignes focorum. Geloni ad hos proximant, de hostium cutibus et sibi indumenta faciunt et equis suis tegmina. Gelonis Agathyrsi conlimitantur, caeruleo picti, fucatis in saerulum crinibus, nec hoc sine differentia: nam quanto quis anteit, tanto propensiore nota tinguitur, ut sit indicium humilitatis minus pingi.

(4). Post Anthropophagi, quibus exēcrandi cibi sunt humana viscera²): quem morem impiae gentis adiacentium terrarum prodit tristissima solitudo, quas ob nefarium ritum finitimae nationes profugae reglicherunt. ea causa est quod usque ad mare quod Tabin vocant per longitudinem eius orae quae aestivo orienti obiacet, sine homine terra sit et immensa deserta, quoad perveniatur ad Seras³). (5) Chalybes et Dahae in parte Asiatica Scythiae crudelitate ab inmanissimis nihil discrepant. at Albani in ora agentes, qui posteros se Iasonis credi volunt, albo crine nascuntur, canitiem habent auspiciū capillorum: ergo capitidis color genti nomen dedit. glauca oscillis inest pupula: ideo nocte plus quam die cernunt⁴).

(6) Apud hos populos nati canes feris anteponuntur, frangunt tauros, leones premunt, detinent quicquid obiectum est: ex quibus causis meruerunt etiam annalibus

Въ землѣ Невровъ беретъ начало рѣка Борисеенъ, въ которой водятся очень вкусныя рыбы, въ которыхъ вовсе нѣтъ костей, а только очень нѣжные хрящи. А Невры, какъ намъ извѣстно, въ определенные времена превращаются въ волковъ и затѣмъ по истечениіи срока, который положенъ для этого жребія, припомаютъ прежній видъ. У этихъ народовъ богомъ считается Марсъ; вместо кумировъ чутся мечи; людей они приносить въ жертву; огни на очагахъ поддерживаютъ костями. Ближайшии ихъ соуды — Гелони. Они изъ кожъ убитыхъ враговъ выдѣлываютъ какъ одѣжды для себя, такъ и чапраки для своихъ коней. Съ Гелонами граничатъ Агаэры, разрисованные синей краской и съ выкрашенными въ синий цветъ волосами, притомъ не безъ различія: чѣмъ кто знатнѣе, тѣмъ гуще онъ красится, такъ что менѣе густая окраска служить знакомъ низкаго происхожденія.

Затѣмъ следуютъ Антропофаги (Людоѣды), для которыхъ человѣческія внутренности служатъ отвратительной пищей. Этотъ обычай нечестиваго народа выдаетъ печальное безлюдье прилежащихъ земель, которыя покинули соудѣніе народы, бѣжавшіе изъ-за этого гнуснаго обычая. Въ этомъ заключается причина того, что до самаго моря, называемаго Табисъ, по всей длинѣ побережья, обращенного къ южному востоку, лежать безлюдныя земли и обширнѣйшия пустыни, пока не придешь къ Серамъ. Халпы и Даги въ азиатской части Скиѳіи своей кровожадностью нисколько не отличаются отъ самыхъ дикихъ народовъ. Албаницы, живущіе на берегу и считающіе себя потомками Иасона, рождаются съ белыми волосами, и сѣдну ихъ считаются добрыми знаменіемъ; такимъ образомъ цвѣтъ головы даль имъ народу. Въ глазахъ у нихъ сѣрий зрачокъ; поэтому они ночью видятъ лучше, чѣмъ днемъ.

Собаки у этихъ народовъ выступаютъ противъ дикихъ звѣрей, одолѣваютъ быковъ, побѣждаютъ львовъ и удерживаютъ зубами все, что имъ попадется; по этимъ

V. 5 «statis] Salm. ex Mela: Neuris statum tempus est; aestatis hibri, etiam Dic.» M.

1) Cf. Plin. IV, 88; Mela II, 1, 6 sq. 2) Cf. Plin. VI, 53 (supra, p. 185). 3) Cf. cap. 50, 1.

4) Cf. Plin. VI, 38 (supra, p. 184); VII, 12 (p. 186).

tradi. (7) legimus petenti Indiam Alexandro a rege Albaniæ duos missos, quorum alter sues sibi et ursos oblatis usque eo sprevit, ut offensus degeneri praeda ignavo similis diu accubaret: quem per ignorantiam velut inertem Alexander extingui imperavit. alter vero monitu eorum qui donum prosecuti fuerant leonem missum necavit: mox viso elephanto notabiliter exultans, beluam primum astu fatigavit, deinde cum summo spectantium horrore terrae adfixit¹⁾. hoc genus canes crescent ad formam amplissimam, terrificis latratibus ultra rugitus insonantes...

причинамъ они заслужили даже упоминанія въ ятотписахъ. Мы читали, что двѣ такія собаки были посланы царемъ Албанскимъ Александру во время похода его па Индію. Одна изъ нихъ съ такимъ презрѣніемъ отнеслась къ выпущеннымъ на нее кабанамъ и медведямъ, что, обиженнія недостойной ея добычей, долго лежала съ лѣнивымъ видомъ. Александръ, не понимая, *во чмъ дѣло*, приказалъ убить ее, какъ негодную. Другая умертвила льва, выпущенного ма *нее* по совету тѣхъ, которые привезли ее въ даръ царю. Затѣмъ, увидѣвъ слона, она стала дѣлать огромные прижки, сначала утомила животное хитрыми узвѣтками и затѣмъ повалила на землю къ величайшему ужасу зрителей. Эта порода собакъ достигаетъ огромныхъ размѣровъ и своимъ страшнымъ лаемъ заглушаетъ даже ревъ быковъ...

15, 13. Inter Anthropophagos in Asiatica parte numerantur Eassedones qui et ipsi nefandis funestantur inter se cibis. Eassedonum mos est parentum funera prosequi cantibus et proximorum corrogatis coetibus corpora ipsa dentibus lacinare ac pecudum mixta carnibus dapes facere: capitum etiam ossa auro incincta in poculorum tradere ministerium.

Среди Антропофаговъ въ азиатской части числятся Еесседоны, которые также оскверняются гнусною пищею. У Еесседоновъ есть обычай сопровождать погребеніе родителей пѣснями и, созвавъ собранія ближайшихъ родственниковъ, разрывать зубами самые трупы умершихъ и, смѣшивъ ихъ съ мясомъ домашнаго скота, устраивать прѣстества, а кроме того обѣльвать въ золото кости череповъ и употреблять ихъ въ качествѣ чашъ для питья.

(14) Scythotauri pro hostiis caedunt advenas. Nomades pabula secuntur. Georgi in Europa siti agros exercent. Asiatae perinde in Europa siti neque mirantur aliena neque sua diligit. Satarchae usu auri argenteique damnato in aeternum se a publica avaritia vindicarunt²⁾. (15) Scythorum interius habitantium asperior ritus est: specus incolunt: pocula non ut Eassedones, sed de inimicorum capitibus moluntur: amant proelia: interemptorum cruorem e vulneribus ipsis bibunt: numero caedium honor crescit, quarum expertem esse apud eos probrum est: (16) haustu mutui san-

Скинотавры рѣжутъ пришельцевъ для жертвоприношенія. Номады переходять на разные пастбища. Георги, живущіе въ Европѣ, занимаются земледѣліемъ. Аксаки, также живущіе въ Европѣ, не завидуютъ чужому и не цѣнятъ своего. Сатархи, осудивъ употребленіе золота и серебра, навсегда освободили себя отъ общественной жадности. У Скілеовъ, живущихъ даѣте внутрь страны, образъ жизни болѣе суровый: они живутъ въ пещерахъ; чаши выѣзываютъ не такъ, какъ Еесседоны, а изъ череповъ враговъ; любятъ битвы; кровь убитыхъ пьютъ изъ са-

V. 26. «asiatae] *HSP*, asyatae *A*, a. siatae *L*, assiatae *G*; Asiacaе *Mela lib. Vat. ut libri Pliniani* 4, 82; *Axiacae Salmasius*; cf. Παστιχης *Ptol.* 8, 5, 11 et Ἀξιαχης *Ptol.* 8, 5, 18. 8, 10, 14». Mommsen.

1) Cf. Plin. VIII, 149, 150 (supra, p. 189).

2) Cf. Mela II, 1, 10 sq. (supra, p. 122).

guinis foedus sanciunt non suo tantum more, sed Medorum quoque usurpata disciplina... (17) Colchorum urbem Dioscuriam Amphitus et Cercius aurigae Castoris et Pollucis condiderunt¹⁾, a quibus Heniochorum gens exorta est.

мых ранъ; съ числомъ убийствъ увеличивается слава, а быть свободнымъ отъ нихъ [т. е. никого не убить] у нихъ считается позоромъ. Договоры они освящаютъ взаимнымъ высасываниемъ крови, не по своему только обычай, но и по заимствованному у Мидянъ учению... (17) Колхидскій городъ Діоскуриаду основали вожди Кастора и Поллукса Амфіть и Керкій, отъ которыхъ произошло племя Иніоховъ.

15, 18. Ultra Sauromatas in Asia sitos, qui Mithridati latebram et quibus originem Medi dederunt, confines sunt Thali his nationibus quas ab oriente contingunt Caspii maris fauces²⁾: quae fauces mirum in modum maciantur imbribus, crescent aestibus. (19) Heniochorum montes Araxen, Moschorum Phasidem fundunt, sed Araxes brevibus intervallis ab Euphratis ortu caput tollit ac deinde in Caspium fertur mare. (20) Arimaspi circa Gesclithron positi unicula gens est.³⁾ ultra hos et Riphaeum iugum regio est assiduis obessa nivibus: Pterophoron dicunt, quippe casus continuantium pruinatarum quiddam ibi exprimit simile pinnarum. (21) damnata pars mundi et a rerum natura in nubem aeternae caliginis mersa ipsisque prorsus aquilonis conceptaculis rigidissima. sola terrarum non novit vices temporum nec de caelo aliud accipit quam hiemem sempiternam⁴⁾.

За живущими въ Азии Савроматами, которые дали убежище Митридату и происходить отъ Мидянъ, Озы граничатъ съ тѣми племенами, которые на востокѣ достигаютъ устьевъ Каспійского моря; эти устья удивительнымъ образомъ бѣдствуютъ водою при дождяхъ и наполняются ею при жарахъ. Иніохскія горы называются Араксъ, а Мосхійскія—Фасидъ; Араксъ береть начало на небольшомъ разстояніи отъ истоковъ Евфрата и затѣмъ течетъ въ Каспійское море. Аримаспы, живущіе около Гесклиера, суть одноглазое племя. За ними и хребтомъ Рифейскимъ есть страва, покрытая вѣчными снѣгами. Ее называютъ Птерофоромъ (Пероносною), потому что тамъ постоянно падающей снѣгъ представляетъ собою что-то похожее на перья. Это—осужденная часть свѣта, погруженная природою въ тучу вѣчного ирака и совершившія оцѣненівшая отъ самыхъ вмѣстницъ Аквилона: единственная земля, которая не знає смѣни временъ года и ничего другого не получаетъ отъ неба, кромѣ постоянной зимы.

15, 22. In Asiatica Scythia terrae sunt locupletes, inhabitabiles tamen: nam cum auro et gemmis affluant, grypes tenent universa, alites ferociissimi et ultra omnem rabiem saeientes. quorum inmanitate ob-sistente ad venas divites accessus rarus est: quippe visos discerpunt, velut geniti ad plectendam avaritiae temeritatem⁵⁾. (28) Arimaspi cum his dimicant ut intercipiant lapides, quorum non aspernabimur persequi qualitatem. smaragdis hic locus

Въ Азиатской Скией есть земли богатыя, но необитаемыя: онѣ изобилуютъ золотомъ и дорогими каменьями, но всѣмъ тамъ владѣютъ грипы, весьма свирѣпны и доходящія до крайнаго бѣшенства птицы; всѣдѣствіе ихъ свирѣпости доступъ къ богатымъ жиламъ рѣдокъ: онѣ растерзываютъ всѣхъ, кого увидятъ, какъ бы рожденныхъ для наказанія безразсудной жадности. Съ ними сражаются Аримаспы, чтобы добить камней, которыхъ качества мы не

V. 4. «Amphitus Plinio quique ex eo pendent, Amphistratus Strab. 11, 2, 12 p. 496 et Eust. ad Dion. 680 et Iust. 42, 8, 3». || Ibid. cercius] L cum Ammiano... telchius Plini codices, frudius vel frandius Iustini, Πέρας Strabo et Eustathius. || V. 17. gesclithron (γῆς κλειθρόν) Salmastus cum Plini ed. Dalecampiana (gesolithron, gensclitheron, gensclithon etc. libri).

1) Cf. Plin. IV, 16 (supra, p. 179). 2) Cf. Plin. VI, 17, 19 (ibid.). 3) Cf. Plin. VII, 10 (supra, p. 186). 4) Cf. Plin. IV, 88 (supra, p. 179). 5) Cf. Plin. VII, 10.

patria est, quibus tertiam inter lapides dignitatem Theophrastus dedit: nam licet sint et Aegyptii et Chalcedonii et Medici et Laconici, praecipuus est honor Scythicis...¹⁾.

(28) et cyancus e Scythia est, optimus si caeruleo coruscabit...²⁾ (29) istic et crystallus, quem licet pars maior Europae et particula Asiae subministret, pretiosissimum tamen Scythia edit...³⁾.

16. 1. Fabulae erant Hyperborei et rumor irritus, si quae illinc ad hos usque fluenterunt, temere forent credita: sed cum probissimi auctores et satis vero idonei sententias pares faciant, nullus falsum reformidet. de Hyperboreis rem loquemur. incolunt pone Pterophorou, quem ultra aquilonem accepimus iacere. (2) gens beatissima. eam Asiae quidam magis quam Europae dederunt. alii statuant medium inter utrumque solem, antipodum occidentem et nostrum renascentem: quod aspernatur ratio, tam vasto mari duos orbis interfluentes sunt igitur in Europa. (3) apud quos mundi cardines esse credunt et extimos siderum ambitus, semestrem lucem, aversum unatantum die solem: quamquam existant qui putent non cotidie ibi solem ut nobis, sed vernali aequinoctio exoriri, autumnali occidere: ita sex mensibus infinitum diem, sex aliis continuam esse noctem. de caelo magna clementia: aurae spirant salubriter: nihil noxiun flatus habent. domus sunt nemora vel luci; in diem victimum arbores subministrant. (4) discordiam nesciunt: aegritudine non inquietantur; ad innocentiam omnibus aequale votum. mortem accersunt et voluntario interitu castigant obeundi tarditatem: (5) quos satietas vitae tenet, epulati delibutique de rupe nota praecipitem casum in maria destinant: hoc sepulturae genus optimum arbitrantur. (6) aiunt etiam solitos per virgines probatissimas primitiva frugum Apollini Delio missitare: verum haec quoniam perfidia hospitum non inliba-

преминемъ описать. Эта мѣстность — родина смарагдовъ, которыхъ Феофрасть дала третье място по достоинству между камнями. Хотя есть смарагды и египетские, и халкидонскіе, и мидійскіе, и лаконскіе, по въ особенной части скинеские...

И лазурный камень также промсходитъ изъ Скиенъ; онъ считается самымъ лучшимъ, если отливаетъ голубымъ... Здѣсь и горчай хрусталь, который, правда, добывается въ большей части Европы и небольшой части Азіи, но самый цѣнныи доставляетъ Скиенъ...

Объ Ипербореяхъ ходили басни и ложные слухи, такъ что напрасно было бы вѣрить тому, что достигало оттуда до насъ; но когда вполнѣ честные и достаточно достовѣрные писатели сообщаютъ одинаковыи свѣдѣнія, никто не долженъ бояться лжи. Итакъ, мы сообщимъ объ Ипербореяхъ; живутъ они за «Пероносною страною», которая, какъ мы знаемъ, лежитъ по ту сторону Аквилона. Это — блаженнѣйшій народъ; некоторые относятъ его скорѣе къ Азіи, чѣмъ къ Европѣ; другие полагаютъ, что она живетъ посрѣдинѣ между двумя солнцами: антиподнымъ заходящимъ и нашимъ восходящимъ; но этого не допускаетъ разумъ, такъ какъ между двумя частями свѣта разлито столь обширное море; стало быть, они находятся въ Европѣ. Полагаютъ, что у нихъ находятся міровыи оси и крайніе обходы созвѣздій, шестимѣсячный свѣтъ и заходящее на одинъ только день солнце; хотя некоторые думаютъ, что тамъ солнце восходитъ и заходитъ не ежедневно, какъ у насъ, но въ весеннее разноденствіе восходитъ, а въ осеннее заходитъ: такимъ образомъ въ теченіе шести мѣсяцевъ продолжается безконечный день, а въ другіе шесть — постоянная ночь. Климатъ тамъ очень мягкий, вѣтры дуютъ цѣлебно: ихъ дуновеніе не имѣть ничего вреднаго; жилищами служать гѣса или рощи, ежедневную пищу доставляютъ деревья. Жители не знаютъ раздоровъ, не тревожатся скорбью, у всѣхъ одинаковый обѣтъ не-

V. 17: «gens beatissima, quod in orationis tenorem non recte receptum est, remansit ex sis quae proxime praecedunt apud Plinium 4, 90: hoc genus sepulturae beatissimum». Mommsen.

1) Sequitur descriptio smaragdi. Cf. Plin. XXXVII, 65 (supra, p. 199). 2) Cf. Plin. XXXVII, 119 (supra, p. 200). 3) Sequitur descriptio crystalli. Cf. Plin. XXXVII, 23.

tae revenissent, devotionis quam peregre prosequerantur pontificium mox intra fines suos receperunt¹).

17. 1. Altera in Asia gens est ad initium orientis aestivi, ubi deficiunt Riphaeorum montium iuga. Hyperboreis similes dicunt Arimphaeos. et ipsi gaudent frondentibus arbustorum: bacas edunt. iuxta viros et feminas taedet crinum; uterque sexus comes tendent. amant quietem, non amant laedere. (2) sacri habentur attricarique eos etiam a ferocissimis nationibus nefas ducitur. qui cumque periculum a suis metuit, si ad Arimphaeos transfugerit tutus est, velut asylo tegatur. (4) ultra hos Cimmerii et gens Amazonum porrecta ad Caspium mare, quod dilapsum per Asiaticae plagae terga Scythicum intrumpit Oceanum²).

19. 1. ...Ante Borysthenem Achillis insula est cum aede sacra, quam aedem nulla ingreditur ales: et quae forte advolaverit, raptim fugam properat³). (2) Oceanum septentrionalem ex ea parte, qua a Propaniso amne Scythia adluitur, Hecataeus Amalcium appellat, quod gentis illius lingua significat congelatum. Philemon a Cimbris ad promunturium Rubeas Morimarusam dicit vocari, hoc est mortuum mare: ultra Rubeas quicquid est Cronium nominat⁴).

винности. Они призывают смерть и исправляют ее запоздалость добровольной гибелью: если кто пресытится жизнью, тѣ, угостившись яствами и птицами, стремглавъ бросаются въ море съ известной скалы: такой родъ погребенія они считаютъ наилучшимъ. Говорить еще, что они имѣли обычай посыпать Аполлону Диосскому начатки плодовъ съ наиболѣе чистыми дѣвницами; но такъ какъ онѣ, вслѣдствіе вѣроломства гостепріимцевъ, не возвращались перастлѣнными, то они скоро ограничили своимъ предѣлами исполненіе обѣта, который совершили на чужбинѣ.

Есть другое племя въ Азіи у начала дальнаго востока, гдѣ кончаются хребты Рифейскихъ горъ. Говорить, что Ариамфей подобны Ипербореямъ. Они также наслаждаются зеленью кустарниковъ и питаются ягодами. Какъ мужчины, такъ и женщины не любят длинныхъ волосъ: оба пола коротко стригутъ волосы. Они любить покой, не любить вредить друзьямъ. Они считаются священными и трогать ихъ даже у самыхъ свирѣпыхъ народностей признается грѣхомъ. Всякий, кто боится опасности у своихъ, — безопасенъ, если перебѣжть къ Ариамфеямъ, какъ бы укрытый въ священномъ убийщѣ. За ними живутъ Киммериды и племя Амазонокъ, простирающееся до Каспійского моря, которое, разлившись въ тылу Азиатской земли, изливается въ Скиескій океанъ.

...Передъ Борисеономъ есть островъ Ахилла съ священнымъ храмомъ, въ который не залетаетъ ни одна птица; а которая случайно залетитъ, немедленно удаляется. Сѣверный океанъ въ той части, которую омывается Скиеи отъ реки Пропанисса, Екатэй называетъ Амалкіскимъ, что на языкѣ туземцевъ означаетъ замерзшій. Филимонъ говоритъ, что этотъ океанъ отъ земли Кимировъ до мыса Рубея зовется Моримаруса, т. е. Мертвое море, а всю часть его, которая находится за Рубеемъ, она называетъ Кроновыми моремъ.

1) Cf. Plin. IV, 89—91 (supra, p. 174).
Plin. IV, 98 et X, 78 (supra, p. 175 et 191).

2) Cf. Plin. IV, 84—86 (supra, p. 189).
3) Cf.
4) Cf. Plin. IV, 94, 95 (supra, p. 176).

3. Mare autem Caspium ex altero Ponti latere ultra Massagetas et Apalaeos Scythas esse in Asiatica plaga dulce Alexandro Magno probatum est, mox Pompeio Magno, qui bello Mithridatico, sicut commilito eius Varro tradit, ipsis haustibus periclitari fidem voluit. (4) id evenire produnt e numero fluminum, quorum tanta copia ibi confluit, ut naturam maris vertant. non omiserim quod per idem tempus eidem Magno licuit ex India diebus octo ad Bactros usque Dalierum flumen, quo influit Oxum amnem, pervenire, deinde mare Caspium, inde per Caspium ad Cyri amnis penetrare fluentum, qui Armeniae et Hiberiae fines interluit. (5) itaque a Cyro diebus non amplius quinque itinere terreno subvectis navibus ad alveum Phasidis pertendit: per cuius excursus in Pontum usque Indos advehiri liquido probatum est¹⁾. (6) auctor est Xenophon Lampsacenus a litore Scytharum in insulam Abalciam triduo navigari: eius magnitudinem immensam et paene similem continentis: nec longe Oaeones separari, quos qui habitent vivant ovis avium marinaram et aenis vulgo nascentibus: (7) perinde alias propter constitutas aequae insulas, quarum Hippopodes indigenae humana usque ad vestigium forma in equinos pedes desinunt: (8) esse et Phanesiorum, quorum aures adeo in effusam magnitudinem dilatentur, ut reliqua viscerum illis contegant nec amiculum aliud sit quam ut membra membranis aurium vestiant²⁾.

9. Antequam digrediamur a Scythia, religio est praeterire, quaenam peculiares sint ferae Scythiae. cervi plurimi in hac terra: igitur cervos persequemur. mares generis huiusc cum statum tempus venereum incitavit, saeviunt rabie libidinis. (10) feminae licet prius conserantur, non

Каспийское море с другой стороны Понта за Массагетами и Скинеами-Апалеями въ Азиатской землѣ отличается прѣсной водою; это испытано Александромъ Великимъ, а затѣмъ Помпеемъ Великимъ, который во время Мидийской войны, какъ передаетъ его сослуживецъ Варронъ, пожелалъ лично [досл. самими глотками] удостовѣриться въ этомъ. Поглагаютъ, что это происходитъ отъ большого числа рекъ, которые изливаются туда въ такомъ количествѣ, что измѣняютъ природные свойства моря. Не умолчу, что въ то же время тому же Великому удалось въ 8 дней пройти изъ Индіи въ Бактрию до реки Даміера, гдѣ она впадаетъ въ р. Оксъ, затѣмъ къ Каспийскому морю, а оттуда черезъ Каспій проплынуть къ течению р. Кира, которая течетъ по границѣ Армени и Иверии. Отъ Кира онъ не боялъ какъ въ 5 дней прибыль къ руслу Фасида сухимъ путемъ, волоча съ собою суда. Его походами доказано, что къ Понту можно проѣхать изъ Индіи по водѣ. Ксенофонтъ Ламисакский свидѣтельствуетъ, что отъ Скинскаго побережья три дня морскаго пути до острова Абалкіи; островъ этотъ— огромной величины и почти похожъ на материкъ; недалеко отдалены Оеоны, жители которыхъ питаются ящами морскихъ птицъ и дико растущими злаками; далѣе другое, одинаково расположенные острова, туземные жители которыхъ Иппоподы (Коневоги), у которыхъ человѣкоподобны до сѣда тѣла оканчиваются лошадиными ногами. Есть и острова Фанесіевъ, у которыхъ уши расширяются до такой огромной величины, что они закрываютъ ими все остальное тѣло и не пытуютъ другой одежды, кроме того, что одѣваютъ члены кожею ушей.

Прежде чѣмъ разстаться со Скиней, было бы грѣшно обойти молчаниемъ, какія животныхъ свойственны Скинѣ. Въ этой землѣ водятся въ огромномъ количествѣ олени; итакъ, займемся оленями. Самцы этой породы при наступлении опредѣленного времени течки, бывають очень буйны

V. 12: Scripturae varietatem ignoti nominis *Dalierum* v. in ed. Momms. Cf. Plin. 6, 52: in Bactros VII diebus ex India perveniri ad Iacrum flumen quod in Oxum influat. «Scripsitne Solinus usque ad alterum flumen quod?» Mommsen.

1) Cf. Plin. VI, 50—52 (supra, p. 185).

2) Cf. Plin. IV, 95 (supra, p. 176).

concipiunt ante Arcturi sidus. nec qualibet partus suos educant. teneros studio occidunt et absconditos inter profunda fruticum vel herbarum pedum verbere castigant ad latendum. (11) cum maturuit ad fugam robur, exercitio docent cursus et adsuescent salire per abrupta. acceptis canum latratis bus secundo vento vias dirigunt, ut odor cum ipsis recedat. mirantur sibilum fistularum: rectis auribus acutissime audiunt, submissis nihil stupent omnia: propterea facilius obvios se praebent sagittantibus. (12) si maria tranent, non aspectu petunt litora, sed olfactu: infirmos ponunt in ultimo et lassorum capita clunibus per vires sustinent. e cornibus quod dextrum fuerit efficacius est ad medellam: (13) si fugare angues gestias, utrum velis ures, quae ustrina praeterea nidore vitium aperit ac detegit, si cui inest morbus comitialis. pro aetate ramos augent. id incrementum in sexennes perseverat: deinceps numerosiora non possunt fieri cornua, possunt crassiora: (14) quae quidem castratis numquam crescunt, nec tamen decidunt. (15) dentes monstrant senectutem, cum aut pauci inveniuntur aut nulli. serpentem hauriunt et spiritu narium extrahunt de laterbris cavernarum. dictamnum ipsi prodiderunt, dum eo pasti excatiunt accepta tela. (16) herbam quoque quam cinarem vocant contra noxia edunt gramina. adversus venena mirificum est innulei coagulum occisi in matris suaे utero. patuit numquam eos febescere, quam ob causam confecta ex medullis eorum unguina sedant calores hominum languentium. (17) legimus plurimos matutinis diebus cervinam carnem degustare solitos sine febribus longaevos fuisse; quod demum proderit si uno vulnere fuerint interempti. ad dinoscendam vivacitatem Alexander Magnus torques plurimis cervis innexuit, qui post annum centesimum capti necdum senii indicium praeferabant¹⁾.

отъ полового возбуждения. Самки, хотя бы были оплодотворены раньше, не зачинаютъ до звѣзды Арктура. Дѣтеныши забоято воспитываются. Маленькихъ старательно прячутъ и, скрывъ въ густыхъ кустарникахъ или въ травѣ, ударами ногъ побуждаютъ прятаться. Когда сила ихъ окрѣпнетъ для бѣгания, они упражняютъ ихъ въ бѣгѣ и пріучаютъ прыгать чрезъ кручи. Услышавъ собачий лай, направляютъ бѣгъ по вѣтру, чтобы запахъ удалялся вмѣстѣ съ ними. Любятъ свистъ флейтъ; съ поднятыми ушами слышать отлично, съ опущеннымъ — ничего не слышатъ. Отличаются любопытствомъ ко всему; поэтому легко идутъ на встрѣчу охотникамъ. Переplывая моря, ищутъ берега не зряниемъ, а обоняніемъ; слабыхъ помѣщаютъ сзади и попереимѣнно поддерживаютъ на крупахъ головы утомленныхъ. Изъ роговъ тотъ, который былъ правымъ, дѣйствительнѣе въ качествѣ лѣкарства. Если желаешь прогнать змѣй, сожги любой рогъ; это жженіе, кроме того, своимъ смрадомъ открываетъ порокъ, если у кого есть надуная болѣзнь. Число вѣтвей на рогахъ увеличивается съ лѣтами; это увеличеніе продолжается до 6 лѣтъ; послѣ того рога не могутъ быть вѣтвисты, но могутъ быть толще. У холощеныхъ самцовъ рога никогда не растутъ, но и не отпадаютъ. Зубы показываютъ старость, когда ихъ мало, или совсѣмъ нѣтъ. Они ёдятъ змѣй и дыханіемъ ноздрей извлекаютъ ихъ изъ глубокихъ норъ. Они сами выдали ясенецъ, такъ какъ, поѣсть его, выбрасываютъ полученные стрѣлы. Кроме того, они ёдятъ противъ вредныхъ растений траву, называемую синарис. Противъ ядовъ удивительно полезно творожистое вещество плода, убитаго въ утробѣ матери. Было открыто, что они никогда не страдаютъ лихорадкой, и по этой причинѣ мази, составленныя изъ ихъ мозговъ, умѣряютъ жаръ больныхъ людей. Мы читали, что очень многіе люди, имѣвшіе привычку по утрамъ ёсть оленину, были долговѣчны безъ лихорадокъ; но это помогаетъ только въ такомъ случаѣ, если олени погибли отъ одной раны. Для определенія живучести Александръ Великій на-

1) Cf. Plin. VIII, 112—119.

(19) Eadem paene specie sunt quos tragelaphos dicunt, sed non alibi quam circa Phasidem apparent: tantum quod illi villosohabent armos et menta promissis hirta barbis¹).

20. Mons Saevus ipse ingens nec Riphaeis miior colibus initium Germaniae facit. Inguaeones tenent, a quibus primis post Scythas nomen Germanicum consurgit²). (2) dives virum terra, frequens populis numerosis et in manibus extenditur inter Hercynium saltum et rupes Sarmatarum. ubi incipit Danuvio, ubi desinit Rheno perfunditur.³) de internis eius partibus Alba Guthalus Vistla amnes latissimi praecipitant in Oceanum⁴)....

20, 4. in hoc tractu sane et in omni septentrionis plaga visontes frequentissimi, qui bovis feri similes, saetosi colla, iubas horridi, ultra tauros perniciitate, capti ad suescere manu nesciunt. (5) sunt et ura, quos inperitum vulgus vocant bubalos, cum bubali paene ad cervinam faciem in Africa procreentur.⁵) istis porro quos uros dicitur taurina cornua in tantum modum protruduntur, ut dempta ob insignem capacitatem inter regias mensas potuum gerula fiant⁶). (6) est et alce mulis comparanda, adeo propenso labro superiore, ut nisi recedens in posteriora vestigia pasci non queat...⁷) (8) de germanicis insulis Gangavìa maxima est, sed nihil in ea magnum praeter ipsam. Nam Glaesaria dat crystal-lum, dat et sucinum: quod sucinum Germani gentiliter vocant glaesum. (9) qualitas materiae istius summatim antea, Germanico autem Caesare omnes Germaniae oras scrutante conperta: arbor est pinei generis, cuius mediale autumni tempore sucino lacrimat. sucum esse arboris de nominis capessas qualitate: pinum vero, unde sit gigantum, si usseris, odor indicabit. pretium operae est scire longius, ne Padaneae silvae

дѣль ошейники на множество оленей, которые, будучи пойманы чрезъ сто лѣтъ, еще не обнаруживали признаковъ старости.

Почти такой же видъ имѣютъ такъ называемые трагелафы (козлы-олени), но они нигдѣ не водятся, кроме какъ по Фасиду; они имѣютъ только косматыя лопатки и длинныя бороды.

Гора Сэво, также огромная и не меньшая Рифейскихъ горъ, составляетъ начало Германіи. Ее занимаютъ Ингвеони, отъ которыхъ первыхъ послѣ Скиевъ начинается имя Германцевъ. Земля эта богата населеніемъ, изобилуетъ многочисленными и свирѣпыми народами. Простирается она между Германскимъ лѣсомъ и Сарматскими скалами. Въ началѣ орошается Данувиемъ, а въ концѣ—Рейномъ. Изъ внутреннихъ ея частей текутъ въ Океанъ очень широкія рѣки Альба, Гуэаль и Вистла....

Въ этой мѣстности и во всей сѣверной странѣ въ изобилии водятся винограды (зубры); они похожи на дикаго быка, со щетинистой шеей, съ торчащей гривой, проворствомъ движений превосходять быковъ, пойманные не могутъ быть приручены. Есть и уры (туры), которыхъ невѣжественная чернь зоветъ буйволами, тогда какъ буйволы, видомъ почти схожіе съ оленями, водятся въ Африкѣ. У этихъ животныхъ, которыхъ мы называемъ урами, бычачьи рога вырастаютъ до такой длины, что, будучи сняты, ради своей значительной емкости употребляются въ качествѣ сосудовъ для питья за царскими столами. Есть и лось, котораго можно сравнить съ мулами, съ такой отвислой верхней губой, что не можетъ пасть иначе, какъ отступая назадъ по своимъ склонамъ... Изъ германскихъ острововъ самый большой—Гангавіа, но на немъ вѣтъ ничего великаго, кроме его самого. За то Глэсарія производить кристалль и янтарь, который Германцы на своемъ языке называютъ glaesum. Качества этого продукта раньше были известны только въ общихъ чертахъ, а нынѣ узнати полно

1) Cf. Plin. VIII, 120 (supra, p. 188). 2) Cf. Plin. IV, 96 (supra, p. 176). 3) Cf. Plin. IV, 80 (supra, p. 171). 4) Cf. Plin. IV, 100 (supra, p. 176). 5) Cf. Plin. VIII, 38 (supra, p. 187). 6) Cf. Plin. XI, 126: Urorum cornibus barbari septentrionales potant, urnisque bina capitum unius cornua inplent. 7) Cf. Plin. VIII, 40.

credantur lapidem flevisse. (10) hanc speciem in Illyricum barbari intulerunt: quae cum per Pannonica commercia usu ad Transpadanos homines foret devoluta, quod ibi primum nostri viderant, ibi etiam natam putaverunt... (12) rude primum nascitur et corticosum, deinde incoctum adipe lactantis suis expolitur ad quem videmus nitorem. (13) pro facie habet nomina: melleum dicitur et Falernum, utrumque de similitudine aut vini aut utique mellis. in aperto est quod rapiat folia, quod trahat paleas: quod vero medeatur multis vitalium incommidis, medentium docuit disciplina. India habet stucinum, sed Germania plurimum optimumque...¹⁾.

при изслѣдованіи Германикомъ Цезаремъ всѣхъ побережій Германиі: есть дерево изъ породы сосенъ, сердцевина которого въ осеннеѣ время слезится янтаремъ. Что это древесный сокъ, можно заключить изъ самаго названія (*sucinum*); а если зажжешь его, то запахъ покажеть, что онъ происходит изъ сосны. Стойть познакомиться со мною и дальше, чтобы не вѣрили, что Паданейскіе лѣса плачали камнями. Этотъ видъ варвары ввезли въ Иллирикъ; и когда онъ, благодаря Панонскимъ торговымъ сношеніямъ, дошелъ до Транспадаціевъ, то наши, впервые увидѣвъ его тамъ, подумали, что онъ тамъ и добывается... Добывается онъ въ грубоѣ видѣ, покрытый корою, затѣмъ варится въ салѣ молочной свинины и полируется до тогоже блеска, который мы видимъ. Онъ называется медовымъ и фалернскимъ, то и другое по сходству или съ виномъ, или съ медомъ. Извѣстно, что онъ увлекаетъ за собою листья и притягиваетъ соломинки; а что онъ излѣчиваетъ многія тѣлесныя разстройства, это доказала врачебная наука. Индія также имѣетъ янтарь, но Германія доставляетъ его очень большомъ количествѣ и прекраснаго качества...

23, 15... Propontis Europam Asiamque discriminans ad Maeotidem pervenit...

23, 16... [Pontus dicitur] a moribus accolaram Euxinus, Axinus ante appellatus...²⁾.

23, 17. Oras extimas Oceanus amplectitur, qui a litoribus suis Arabicus Persicus Indicus Eous Sericus Hyrcanus Caspius Scythicus Germanicus Gallicus Atlanticus Libycus Aegyptius dicitur...

...Пропонтида, раздѣляющая Европу и Азію, доходитъ до Мэотиды...

...[Понтъ называется] отъ иравовъ прѣбрежныхъ жителей Евксипскимъ, а раньше назывался Аксинскимъ.

Крайнія побережья омываетъ Океанъ, который соотвѣтственно берегамъ называется Аравійскимъ, Персидскимъ, Индійскимъ, Восточнымъ, Серскимъ, Ирканскимъ, Каспійскимъ, Скіпескимъ, Германскимъ, Галльскимъ, Атлантическимъ, Ливійскимъ и Эгипетскимъ...

38, 11. Mons Taurus... modo interclusit Phoenicio, modo Pontico sinu, interdum Caspio vel Hyrcano: quibus renentibus

Гора Тавръ... замыкается съ одной стороны Финикийскимъ заливомъ, съ другой — Понтійскимъ, отчасти также Кас-

1) Cf. Plin. XXXVII, 42—51 (supra, p. 199).

2) Cf. Plin. VI, 1 (supra, p. 171).

bus subinde fractus contra Maeotium lacum flectitur multisque difficultibus fatigatus Ripaeis se iugis adnectit. (12) pro gentium ac linguarum varietate plurifariam nominatus, apud Indos Imaus, mox Propanis, Choatras apud Parthos, post Niphates, inde Taurus atque ubi in excelsissimam consurgit sublimitatem, Caucasus. interea etiam a populis appellationem trahit: a dextero latere Caspius dicitur vel Hyrcanus, a laevo Amazonicus, Moschicus, Scythicus... (13) ubi debiscit hiulcis ingis, facit portas, quarum primae sunt Armeniae, tum Caspiae...¹⁾.

півскимъ или Ирканскимъ: укіршись въ эти препятствія, онъ поворачиваетъ къ Мэотійскому озеру и, какъ бы утомленный многими затрудненіями, примикаетъ къ Рипейскимъ хребтамъ. Соответственно различью племенъ и языковъ, онъ носить множество различныхъ именъ: у Индійцевъ Имай, затѣмъ Пропанисъ, у Пареянъ Хоатръ, потомъ Нифать, дальше Тавръ и наконецъ тамъ, где достигаетъ наибольшей высоты, — Кавказъ. Въ то же время онъ получаетъ названія и отъ народовъ: съ правой стороны называется Каспійскимъ или Ирканскимъ, съ лѣвой — Амазонскимъ, Мосхійскимъ, Скіескимъ... Гдѣ онъ раздвигается горными ущельями, тамъ образуетъ ворота, изъ коихъ первая суть Арменскія, потомъ Каспійскія...

40, 1. [Asia] in toto orbis divertio terminos amnes habet ab Aegyptio mari Nilum, a Maeotio lacu Tanaim...

[Азія] со всѣхъ сторонъ круга имѣеть границами рѣки: отъ Єгипетскаго мора — Нилъ, отъ Мэотійскаго озера — Танаидъ...

44, 1... Paphlagonia Carambi promunturio spectat Tauricam...

Пафлагонія мысомъ Карамвіемъ обращена къ Таврикѣ...

45, 18... mas ad bella numquam producitur apud Scythes eo quod feminae exonerare vesicas etiam in fuga possunt...²⁾.

...Жеребцы у Скіесовъ никогда не употребляются [досл. выводятся] на войнѣ, потому что самки (кобылы) могутъ и на бѣгу опорожнить свой мочевої пузырь...

49, 5. Universi eius ductus dumtaxat ab illa terrarum parte Laxates fluvius secat fines, quem tamen Laxatem soli vocant Bactri: nam alii Scythaes Silim nominant. hunc eundem esse Tanain exercitus Alexandri Magni crediderunt: verum Demodamas dux Seleuci et Antiochi, satis idoneus vero auctor, transvectus amnem istum, titulos omnium supergressus est aliumque esse quam Tanain deprehendit. (6) ...hoc est conlinimum, in quo limes Persicus Scythis iungitur: quos Scythes Persae lingua sua Sacas dicunt et invicem Scythaes Persas Chorsacos nominant montemque

По всей этой землѣ [т. е. Бактрии] съ той стороны прорѣзываетъ границы рѣка Лаксатъ, которую, впрочемъ, называютъ Лаксатомъ одни только Бактрійцы: ябо проче Скіес зовутъ ее Силюсомъ. Войска Александра Великаго принимали ее за одну рѣку съ Танаидомъ; но Димодамантъ, вождь Селевка и Антиоха, писатель довольно достовѣрный, переправившись черезъ эту рѣку, превзошелъ свидѣтельства всѣхъ [?] и открылъ, что это иная рѣка, чѣмъ Танаидъ... Здѣсь пограничная черта, на которой Персидская граница соединяется со Скіескою; этихъ

1) Cf. Plin. V, 98, 99 (ibid.).

2) Cf. Plin. VIII, 165 (supra, p. 190).

Caucasum Croucasim, id est nivibus candidantem. (7) densissima hic populorum frequentia cum Parthis legem placiti ab exordio moris incorrupta custodit disciplina: e quibus celeberrimi sunt Massagetae et Essedones, Satarchae et Apalaei. post quos, immanissimis barbaris interiacentibus, de ritu aliarum nationum paene inconstanter definitum advertimus¹⁾.

Скиёвъ Персы на своемъ языке называютъ Саками, а Скиены въ свою очередь зовутъ Персовъ Хорсаками и гору Кавказъ — Кроуказомъ, т. е. бѣльющими отъ снѣговъ. Здѣсь очень густое народонаселеніе съ неподкапною чистотою хранить съ Паренами законъ искони установленныхъ отношений; изъ этихъ народовъ наиболѣе извѣстны Массагеты, Есседоны, Сатархи и Апахэи. За ними, вслѣдствіе промежуточнаго поселенія грубѣйшихъ варваровъ, объ обычаяхъ другихъ племенъ мы почти не имѣемъ опредѣленныхъ свѣдѣній.

50, 1. Qua ab Scythico oceano et mari Caspio in oceanum eoum cursus inflectitur, ab exordio huiusc plaga profunda nives: mox longa deserta: post Anthropophagi gens est aspertrima...²⁾.

50, 1. Тамъ, гдѣ отъ Скиескаго океана и Каспийскаго моря путь склоняется къ Восточному океану, въ началѣ этой страны глубокіе снѣга, затѣмъ обширныя пустыни, а потомъ свирѣпѣйшее племя Антропофаговъ...

Codicum Heidelbergensis simili-
que additamenta.

39, 2 (p. 222)... Continet [Asia] Col-
pos, Albanos, Partos, Sirtas et Hircanos.
Precipuos habet montes Taurum, Olimpum
et Caucasum. Flumina praecipua Indum,
Tigrim, Eufraten, Idaspen, Ganges et Ta-
naim. *H ex Isidoro potissimum 14, 3, 6 sq.*

Дополненія изъ Гейдельбергской и
др. рукописей.

...[Въ Азії] живутъ Колы, Албанцы,
Парти, Сирты и Ирканы. Важнѣйшия
горы въ ней — Тавръ, Олимпъ и Кавказъ.
Важнѣйшия рѣки — Индъ, Тигръ, Евфратъ,
Идаспъ, Гангъ и Танаидъ.

CENSORINVS.

ЦЕНЗОРИНЪ.

[Грамматикъ, жившій въ 1-й пол. III в. по Р. Хр., въ 238 г. посвятивъ Кв. Церелію сохранившійся до настъ трудъ *De die natali*, въ которомъ разсуждается о множествѣ вопросовъ, стоящихъ въ болѣе или менѣе близкой связи съ днемъ рождения. — Текстъ: *Censorini de die natali liber. Ad codicum denuo collatorum fidem recensuit Ioh. Cholodniak. Petrop. 1889.*].

DE DIE NATALI LIBER.

КНИГА О ДНѢ РОЖДЕНИЯ.

IV, 12. Nunc vero eo licentiae poeticae processit libido, ut vix auditu ferenda con-
tingat: post hominum memoriam progenie-

А иныѣ разнудзданість поэтической
вольности дошла до того, что измѣняется
едва выносимое для слуха: говорять, что

1) Cf. Plin. VI, 49—51 (*supra*, p. 185).

2) Cf. Plin. VI, 53 (*supra*, p. 185).

ratis iam gentibus et urbibus conditis homines e terra diversis modis editos, ut in Attica fertur regioне Erichthonius ex Vulcani semine humo exortus, et in Colchide vel Boeotia consitis anguis dentibus armati spartoe, e quibus matua caede inter se necatis pauci superasse traduntur, qui in conditu Thebarum Cadmo fuerint adiumento...

на памяти людей, когда уже произошли племена и были построены города, различными способами произведены изъ земли люди, какъ напр. въ Аттической области, по преданию, Эрихоний рожденъ землею изъ сѣмени Вулкана, а въ Колхида или Биотії послѣ посѣза эмбінныхъ зубовъ — вооруженные «сѣянцы», изъ коня не многие остались въ живыхъ послѣ взаимного избіенія и оказали помощь Кадму при постройки Фивъ...

M. AVRELIVS OLYMPIVS NEMESIANVS.

М. АВРЕЛІЙ ОЛІМПІЙ НЕМЕСІАНЪ.

[Поэтъ, родомъ изъ Кареагена, жилъ во 2-й пол. III в. по Р. Хр. Ему приписываются разныя стихотворенія, изъ которыхъ сохранились только 4 эклоги и отрывокъ (426 ст.) стихотворенія объ охотѣ, написанного около 283 г. — Текстъ: Poetae latini minores. Recens. Aem. Baehrens. Vol. III. Lips. 1881].

CYNEGETICA.

СТИХОТВОРЕНИЕ ОБЪ ОХОТѢ.

V. 228 commemorantur canes, quorum proles de sanguine manat Hibero. Hos canes ex Iberia Asiae, non Europae intellegendos persuadet Ulitius.

PANEGYRICVS GENETHLIACVS MAXIMIANO AVGVSTO DICTVS.

ПАНЕГИРИКЪ, СКАЗАННЫЙ ВЪ ДЕНЬ РОЖДЕНИЯ МАКСИМИАНУ АВГУСТУ.

[О собраниі 12 панегирическихъ рѣчей, найденномъ въ Майнцѣ въ 1483 г. итальянцемъ Giovanni Aurispa, см. Schanz, Gesch. d. Röm. Litter. III, стр. 121 сл. Рѣчь, сказанная въ день рождения императору Максимиану, прежде должно приписывавшаяся Клавдію Мамертину (ср. Gensel у Pauly-Wissowa, Real-Encyclop. III, 2, ст. 273), относится къ 291 году. — Текстъ: XII panegyrici Latini. Rec. Aem. Baehrena. Lips. 1874. III].

V. Sed de rebus bellicis victoriisque vestris, sacratissime imperator, et multi summa eloquentia praediti saepe dixerunt et ego pridem.. non commemoro igitur virtute vestra rempublicam dominatu saevissimo liberatam.. taceo trophya Germanica in media defixa barbaria, transeo limitem Raetiae repentina hostium clade promotum, omitto Sarmatiae vastationem...

Primus terrificum Mavors non segnis in agmen
Odrysios impellit equos, quibus ille Gelonos
Sive Getas turbare solet... ...Марсъ первый не лѣнство гонитъ
на страшный отрядъ *своихъ* Одризскихъ
коней, которыми онъ обычно приводитъ
въ смятение Гелоновъ или Гетовъ...

C. CHIRIVS FORTVNATIANVS.

Г. ХИРІЙ ФОРТУНАТИАНЪ.

[Съ именемъ Г. Хирія Фортунатіана сохранился до насъ риторическій учебникъ въ 3-хъ кни-
гахъ, изложенный въ видѣ вопросовъ и отвѣтовъ. Относится онъ къ IV в. по Р. Хр. См.
Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 166.—Текстъ: Rethores Latini minores. Emend. Caro-
lus Halm. Lips. 1868, p. 81 sq.].

ARTIS RHETORICAE

LIBRI III.

Lib. I, 14... More quem ad modum fit [iuris ratiocinatio]? 'Mos apud Scythes fuit,
ut sexagenarii per pontem mitterentur:
Scytha Athenis sexagenarium patrem per
pontem deiecit, rens est parricidii'. Hic
enim se dicit gentis suaе more fecisse.

РИТОРИЧЕСКАГО ИСКУССТВА

3 КНИГИ.

...Какимъ образомъ дѣлается [юриди-
ческое объясненіе] обычаемъ? «У Скиевъ
былъ обычай спускать 60-лѣтнихъ съ мос-
та. *Однако* Скиевъ въ Аениахъ сбросилъ
60-лѣтнаго отца съ моста и обвиненъ въ
отцеубійствѣ». Онъ говорить, что сдѣлалъ
это по обычаяу своего племени.

C. IVLIVS VICTOR.

Г. ЮЛІЙ ВІКТОРЪ.

[Авторъ соч. Ars rhetorica, жилъ въ IV в. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litt. IV, 1,
стр. 167.—Текстъ: Rethores Latini minores. Emend. C. Halm. Pag. 371 sq.].

ARS RHETORICA.

РИТОРИЧЕСКОЕ ИСКУССТВО.

Cap. IV, § 5... More iustum est apud
Scythes sexaginta annos natum occidere...

...По обычаяу у Скиевъ считается спра-
ведливымъ убивать 60-лѣтнаго старика.

LVCIVS SEPTIMIVS.

ЛУЦІЙ СЕПТИМІЙ.

[Нѣкто Луцій Септимій, жившій, вѣроятно, въ IV в. по Р. Хр., обработалъ на латинскомъ языке (по всей вѣроятности, по неизвѣстному намъ греческому оригиналу) исторію Троянской войны, написанную будто бы участникомъ войны критяниномъ Диктисомъ и найденную при императорѣ Неронѣ. О современномъ состояніи вопроса объ этомъ сочиненіи см. Schanz, Geach. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 77 сл. — Текстъ: Dictys Cretensis Ephemeridos belli Troiani libri sex, rec. Ferd. Meister. Lips. Teubn. 1872].

EPHEMERIDOS BELLI TROIANI
LIBRI SEX.

Lib. I c. 22... Ceterum virginem [scil. Iphigeniam] Achilles atque hi, qui sacrificio praeferre, clam omnes regi Scytharum, qui eo tempore aderat, commendavere.

ДНЕВНИКЪ ТРОЯНСКОЙ ВОЙНЫ
ВЪ ШЕСТИ КНИГАХЪ.

...Дѣвушку [т. е. Ифигенію] Ахилль и тѣ, которые завѣдывали жертвоприношеніемъ, тайкомъ отъ всѣхъ поручили Скинескому царю, присутствовавшему въ то время.

Lib. II c. 8. Per idem tempus, ubi de coniuratione universae Graeciae apud Troiam compertum est, auctoribus nuntii eius Scythis barbaris, qui mercandi gratia per omnem Hellespontum commutare res cum accolis sueti ultiro citroque vagabantur, metus atque maerior universos invasere...

Въ то же время стало извѣстно о заговорѣ всей Греціи противъ Трои; виновниками этого извѣстія были варвары Скины, которые, ради торговыхъ оборотовъ обычно обмѣниваясь товарами по всему Геллеспонту съ мѣстными жителями, разъѣзжали туда и сюда. Страхъ и скорбь овладѣли всѣми...

Lib. II c. 10. At ubi instructae omni modo classes et mare navigio patens neque ulla res impedimento erat, Scythes, qui forte mercandi gratia eo adpulerant, conductos mercede duces profectionis eius delegere...

Когда флоты были вполне снаряжены, море было доступно для плаванія и не было болѣе никакихъ препятствій, Греки пригласили за плату Скиновъ, которые случайно пристали туда съ торговыми цѣлями, въ проводники для этого похода...

Lib. II c. 16... rex Scytharum cognito adventu nostrorum cum multis donis adventabat.

...Скинскій царь, узнавъ о прибытіи нашихъ [подъ Трою], явился со множествомъ даровъ.

Lib. II c. 26 [ex Aeneae oratione]... quid Medeam? ignoratisne a Colchis in Iolcorum fines transvectam?...

[Изъ рѣчи Энея].... Что сказать о Медеѣ? развѣ вы не знаете, что она перевезена Колхами въ предѣлы Іолковъ?...

Lib. III c. 15. Sed nec multi transacti dies, cum repente nuntiatum Hectorem ob viam Penthesileae cum paucis profectum:

...Прошло немного дней, какъ вдругъ пришло извѣстіе, что Гекторъ съ немногими людьми отправился на встречу Пен-

quae regina Amazonibus incertum pretio
an bellandi cupidine auxiliatum Priamo
adventaverat: gens bellatrix et ob id ad fi-
nitimos indomita, specie armorum inclita
per mortales...

ееслі: эта Амазонская царица явилась
на помощь Пріаму, неизвестно, за деньги
ли, или по страсти къ войнѣ: это было
воинственное и потому не покоренное со-
сѣдами племя, славившееся своимъ ору-
жіемъ среди смертныхъ...

Lib. IV c. 2. Interim per eosdem dies
Penthesilea, de qua ante memoravimus, cuim
magna Amazonum manu reliquisque ex fi-
nitimo populis supervenit. quae postquam
interemptum Hectorem cognovit, perculta
morte eius regredi domum cupiens ad po-
stremum multo auro atque argento ab Ale-
xandro inlecta ibidem operiri decreverat.
dein exactis aliquot diebus copias suas ar-
mis instruit. at seorsum ab Troianis ipsa
suis modo bellatoribus satis fidens in
pugnam pergit: cornu dextro sagittariis,
altero peditibus instructo, medios equites
collocat... ¹⁾.

Между тѣмъ въ тѣ же дни Пенеси-
ліа, о которой мы упомянули выше, при-
шла съ большимъ отрядомъ Амазонокъ и
остальными сосѣдями народами. Когда
она узнала о гибели Гектора, то, пора-
женная его смертью, хотѣла вернуться
домой, но въ концѣ концовъ, подкуплен-
ная Александромъ большою суммой зо-
лота и серебра, рѣшила ждать на мѣстѣ.
Потомъ, по прошествіи нѣсколькихъ дней,
она построила свои войска для битвы; но,
довѣряя только своимъ воителямъ, она
выступаетъ въ битву отдельно отъ Трои-
цевъ: занявъ правое крыло стрѣлками, а
другое — пѣшими, она въ центрѣ помѣ-
щается всадниковъ...

VIBIVS SEQVESTER.

ВІБІЙ СЕКВЕСТРЪ.

[Съ именемъ этого автора сохранился алфавитный перечень географическихъ именъ, встрѣ-
чающихся у извѣстнѣйшихъ поэтовъ (Вергилия, Овидія, Лукана и др.). Сочиненіе по разнымъ
признакамъ относится къ IV вѣку. — Текстъ: Geographi Latini minores ed. A. Riese,
pp. 145—159].

DE FLVMINIBVS FONTIBVS LACVBVS
NEMORIBVS PALVDIBVS MONTIBVS
GENTIBVS PER LITTERAS.

О РѢКАХЪ, ИСТОЧНИКАХЪ, ОЗЕРАХЪ,
РОЩАХЪ, БОЛОТАХЪ, ГОРАХЪ И НА-
РОДАХЪ ВЪ АЛФАВИТНОМЪ ПОРЯДКѦ.

[FLVMINA].

Araxes Armeniae Armeniam a Medis
dividit.

Arimaspa gentis Scytharum, unde aurum
Scythaeg legunt.

Danubius, qui et Hister, Germaniae in
Pontum decurrit per viii ostia.

[РѢКИ].

Араксъ въ Армениі отдаляетъ Арmenію
отъ Мидянъ.

Аrimaspa у племени Скіевъ, оттуда
Скіеи собираютъ золото.

Данубій, овъ же Истръ, въ Германії,
впадаетъ въ Понтъ семью устьями.

1) De Amazonum clade et Penthesileae morte v. ibid. cap. 8.

Hypansis Scythiae qui, ut ait Gallus, uno tellures dividit amne duas: Asiam enim ab Europa separat.

Phasis in Colchide, qui de monte Amananto fluit.

Tanais Scythiae Asiam ab Europa dividit.

Thermodon Colchos et Amazonas dividit.

Ипанидъ ѿ Скіеїн, котоpый, какъ говорить Галль, «одной рѣкой раздѣляетъ двѣ земли», ибо онъ отдѣляетъ Азію отъ Европы.

Фасидъ въ Колхидѣ, котоpый течеть съ горы Амананта.

Танаидъ ѿ Скіеїн отдѣляетъ Азію отъ Европы.

Өермодонтъ раздѣляетъ Колховъ и Амазонокъ.

PALVDES.

Maeotis Scythiae.

БОЛОТА.

Меотида ѿ Скіеїн.

MONTES.

Caucasus Indiae, Parthis et Hyrcanis iunctus.

Hyperborei Thraciae ultra plagam aquiloniam.

Imaus Hiberiae Ponticae.

Riphaei Scythiae.

ГОРЫ.

Кавказъ ѿ Индіи, сосѣдній ѿ Парсейнами и Ирканцами.

Ипербoreйскія во Фракіи за съверной областью.

Имай ѿ Понтійской Иверіи.

Рифейскія въ Скіеїн.

GENTES.

Agathyrsi Scythae partis Europae.

Chalybes in Ponto Asiae.

Daci Scythae Europae.

Getae Thraces Europae.

Geloni Thraciae picti corporis parte.

Sauromatae Europae.

НАРОДЫ.

Агаенрсы Скіеїн ѿ части Европы.

Халиви въ Понтѣ ѿ Азіи.

Даки Скіеїн ѿ Европѣ.

Геты Фракійцы ѿ Европѣ.

Гелони во Фракіи, съ разрисованною частью тѣла.

Савроматы ѿ Европѣ.

PELACONIVS.

ПЕЛАГОНІЙ.

[Ветеринарный врачъ, жившій во 2-й пол. IV в. по Р. Хр. Сочиненіе его «Ars veterinaria» сохранилось не вполнѣ. См. о немъ Schanz, Gesch. d. röm. Litter. IV, 1, стр. 173 сл. — Текстъ: *Pelagonii artis veterinariae quae extant recensuit Maxim. Ihm. Lips. 1892*].

ARS VETERINARIA.

Cap. VIII. Ad eos qui non meiant et remedia ad dysuriam.

§ 151. Item aliud Apsyrti, quod se apud Sarmatas vidisse adseveravit. nam dicit cooperiri debere equum diligenter, ita ut usque ad terram coopertoria demittantur,

ВЕТЕРИНАРНОЕ ИСКУССТВО.

Гл. VIII. О тѣхъ [лошадяхъ], которые не мочатся, и средства противъ дисуріи.

Есть также другое средство Апсирта, которое онъ, по его утверждению, видѣлъ у Сарматовъ. Именно, онъ говорить, что нужно тщательно покрыть коня, такъ

ne fumus thymiamatis exeat, et sic castoreo carbonibus imposito omnem ventrem et testes ipsius equi sumigari: statim meiat.

чтобы покрывала спускались до самой земли, — чтобы не выходил дымъ окуривания, — и въ такомъ видѣ окуривать все брюхо и шулата коня бобровою струею, положенною на уголья: онъ тотчасъ помочится...

Praeterea apud Pelagonium saepius herbae Ponticae commemorantur, quibus ad medicamina comparanda utebantur medici, scilicet *absynthium Ponticum* §§ 26. 454; *acorum P. 341. 365. 369. 390; asarum P. 288. 390. 463; marrubium P. 341.*

FLAVIVS VECETIVS RENATVS.

ФЛАВІЙ ВЕГЕТІЙ РЕНАТЬ.

[Съ именемъ Флавія Вегетія Рената дошли до насъ 1) трактатъ по ветеринарії (*de mulomedicina*) и 2) сочиненіе о военномъ дѣлѣ въ 4 книгахъ, представляющее собою простую компиляцію изъ прежнихъ военныхъ писателей (Катона, Цельса, Фронтина и др.). Сочиненіе было представлено императору, къ сожалѣнію не названному по имени. Вѣроятнѣе всего это былъ Феодосій I, хотя некоторые ученые думали о Феодосіи II или Валентиніанѣ III. Во всакомъ случаѣ, какъ видно изъ цитируемаго ниже мѣста, сочиненіе было написано послѣ смерти Грациана (383); но съ другой стороны оно должно быть издано значительно раньше 450 г., въ которомъ оно было подвергнуто критической рецензіи консуломъ Евтропіемъ. См. Schanz, Gesch. d. gtm. Litter. IV, 1, стр. 175 сл. — Текстъ: *Flavii Vegeti Renati Epitoma rei militaris. Rec. Car. Lang. Lips. 1886.*]

EPITOMA REI MILITARIS.

Lib. I c. 20. Locus exigit ut, quo armorum genere vel instruendi vel muniendi sint tirones, referre tempemus. Sed in hac parte antiqua penitus consuetudo deleta est; nam licet exemplo Gothorum et Alanorum Hunnorumque equitum arma proficerint, pedites constat esse nudatos. Ab urbe enim condita usque ad tempus divi Gratiani et catafractis et galeis muniebatur pedestris exercitus. Sed cum campestribus exercitatio interveniente neglegentia desidiaque cessaret, gravia videri arma cooperunt, quae raro milites indebant; itaque ab imperatore postulant primo catafractas, deinde cassides sedere refundere¹⁾. Sic detectis pectoribus et capitibus congressi contra Gothos milites nostri multitudine sagittiorum saepe deleti sunt; nec post tot clades, quae usque ad tantarum urbium exci-

КРАТКІЙ ОЧЕРЕК ВОЕННАГО ДѢЛА.

Мѣсто требуетъ, чтобы мы попытались изложить, какимъ родомъ оружія должны быть снабжаемы или защищаемы молодые солдаты. Но въ этомъ отношеніи старинный обычай совершенно исчезъ; ибо, хотя по примеру Готескихъ, Аланскихъ и Гуннскихъ всадниковъ доспѣхи оказывались полезными, пѣхотинцы, какъ известно, не имѣютъ ихъ. Отъ основанія города вплоть до временъ божественнаго Грациана пѣхотное войско было защищено кольчугами и шлемами. Но когда полевыя упражненія стали прекращаться вслѣдствіе небрежности и лѣности, начали казаться тяжелыми доспѣхи, которые рѣдко надѣвали солдаты. Итакъ, они потребовали отъ императора разрѣшенія снять сначала кольчуги, а по томъ и шлемы. Такимъ образомъ наши солдаты, сражаясь противъ Готеовъ съ

1) *Locus corruptus. In rossica versione sensum reddidimus.*

dia pervenerunt, cuiquam curae fuit vel cantafractas vel galeas pedestribus reddere...

открытою грудью и головою, часто были истребляемы; но и послѣ столькихъ пораженій, доходившихъ до уничтоженія большихъ городовъ, никто не подумалъ возвратить пѣхотинцамъ или кольчуги, или щлемы.

Lib. I с. 28... Dacos autem et Moesos et Thracas in tantum bellicosos semper fuisse manifestum est, ut ipsum Martem fabulae apud eos natum esse confirment...

...Дакійцы, Мезійцы и ѡракійцы, какъ ввѣстію, всегда были столь воинственны, что поэтическія сказанія утверждаютъ, будто у нихъ родился самъ Марсъ.

Lib. III с. 26 extr. Hunnorum Alanorumque equitandi scientia vel decor praedicatur.

MARCELLVS.

МАРЦЕЛЬ.

[Марцель бытъ придворнымъ врачемъ императора Феодосія I. Судя по данными предисловія врачебнаго труда Марцелла, онъ составилъ его, когда Феодосій передалъ свою власть своему сыну Феодосію Младшему (408 г.). Изъ того же предисловія можно вывести предположеніе, что Марцель бытъ родомъ изъ Burdigala (Бордо). — Текстъ: Marcelli de medicamentis liber. Edidit Georgius Helmreich. Lipsiae 1889. Cp. S. Chabert, De latinitate Marcelli in libro de medicamentis. Parisiis 1897].

DE MEDICAMENTIS LIBER.

КНИГА О ВРАЧЕБНЫХЪ СРЕДСТВАХЪ.

In pag. 164 memoratur «pix rubrica Scythica, quam alii pissaspaltum vocant».

Красноватая Скиеская смола, которую другіе называютъ писсасфальтомъ.

AMBROSIUS THEODOSIUS MACROBIUS.

АМВРОСІЙ ФЕОДОСІЙ МАКРОБІЙ.

[Жилъ въ концѣ IV и 1-й половинѣ V вѣка (по всей вѣроятности идентиченъ съ тѣмъ Макробіемъ, который въ 399 и слѣд. г. бытъ praefectus praet. Hispaniarum, въ 410 г. pro consule Africæ, въ 422 praepositus sacri cubiculi. Съ его именемъ сохранились комментарій къ Цицеронову соч. Somnium Scipionis въ 2 книгахъ и Saturnalia въ 7 книгахъ, очень богатаго историческаго и литературнаго содержанія. — Текстъ: Macrobius. Fr. Eysenhardt recognovit. Lipsa. 1868].

SATVRNALIA.

САТУРНАЛІИ.

Lib. I, 11, 33. Borysthenitae obrugnante Zopyrione servis liberatis dataque civitate peregrinis et factis tabulis novis hostem sustinere potuerunt.

Борисеениты, осаждаемые Зопиріономъ, отпустили на волю рабовъ, дали права гражданства иностранцамъ, измѣнили долговыя обязательства и такимъ образомъ могли выдержать осаду врага.

PAVLVS OROSVS.

ПАВЕЛЬ ОРОСІЙ.

[Родомъ испанецъ (можеть быть изъ Тарраконы), былъ пресвитеромъ повидимому въ Бракарѣ въ Лузитанії. Блаж. Августинъ въ письмѣ къ Иерониму въ 418 или 414 г. (ер. 166, 2) называетъ его «*religiosus iuvenis, aetate filius*». Отсюда можно заключить, что онъ родился приблизительно въ 380-хъ годахъ; годы смерти неизвѣстны. Около 417 г. онъ по совѣту Августина, для защиты и прославленія христіанской церкви, написалъ очеркъ всеобщей исторіи въ 7 кни-гахъ съ христіанской точки зренія. Кроме этого труда сохранились два доктрино-поэтическия сочиненія Оросія противъ паганія и присцилліаністовъ. — Текстъ: *Pauli Orosii Historiarum adversum paganos libri VII ex rec. Car. Zangemeister. Lipsiae 1889.*].

HISTORIARVM ADVERSVM PAGANOS
LIBRI VII.ИСТОРИЙ ПРОТИВЪ ЯЗЫЧНИКОВЪ
7 КНИГЪ.

Извлечения и переводъ Г. Г. Зоргенфрея.

LIBER I.

КНИГА 1-Я.

Cap. 2, §§ 4—6: Europa incipit ut dixi sub plaga septentrionis, a flumine Tanai, qua Riphaei montes Sarmatico aversi osceno Tanaim fluvium fundunt, qui praeteriens aras ac terminos Alexandri Magni in Rhobascorum finibus sitos Maeotidas auget paludes, quarum inmensa exundatio iuxta Theodosiam urbem Euxinum Pontum late ingreditur...

Европа начинается, какъ я сказалъ, въ съверномъ поясѣ, отъ рѣки Танаида тамъ, где Рифейскія горы, отходя въ противоположную отъ Сарматскаго океана сторону, даютъ начало рѣкѣ Танаиду, которая, протекая мимо алтарей и рубежей Александра Великаго, находящихся въ предѣлахъ Робасковъ, увеличиваетъ своими водами Мæотійскія болота. Огромный разливъ послѣднихъ около города Феодосии широко выливается въ Евксинскій Понть...

§§ 13—14. Asia ad median frontem orientis habet in oceano Eoo ostia fluminis Gangis, a sinistra promunturium Caligardamana... a dextra habet Imavi montis — ubi Caucasus deficit — promunturium Samarae...

Азія въ серединѣ восточной стороны имѣеть въ Восточномъ океанѣ устья рѣки Ганга, съ лѣвой стороны мысъ Калигардамана... а съ правой Самарскій мысъ горы Имава тамъ, где кончается Кавказъ...

15. In his finibus India est, quae habet ab occidente flumen Indum, quod Rubro mari accipitur, a septentrione montem Caucasum...

Въ этихъ предѣлахъ находится Индія, которая съ запада имѣеть рѣку Индъ, изливающуюся въ Красное море, а съ сѣвера — гору Кавказъ...

17. A flumine Indo, quod est ab oriente, usque ad flumen Tigrim, quod est ad occasum, regiones sunt istae: Arachosia, Parthia, Assyria, Persida et Media, situ terrarum montuoso et aspero. haec a septentrione habent montem Caucasum...

Отъ рѣки Инда на востокѣ до рѣки Тигра на западѣ расположены слѣдующія страны: Арахозія, Парсія, Ассирія, Персіда и Мідія въ мѣстностяхъ гористыхъ и малодоступныхъ. Съ сѣвера они имѣютъ гору Кавказъ...

25. In capite Syriae Cappadocia est, quae habet ab oriente Armeniam, ab occasu Asiam, ab aquilone Themiscyrios campos et mare Cimmericum...

Къ верхней части Сиріи примыкаетъ Каппадокія, которая съ востока граничитъ съ Арменіей, съ запада съ Азієй, съ сѣвера съ полями Феміскірскими и Киммерійскимъ моремъ...

36. Mons Caucasus inter Colchos, qui sunt super Cimmericum mare, et inter Albanos, qui sunt ad mare Caspium, primum attollitur. cuius quidem usque in ultimum orientem unam videtur iugum, sed multa sunt nomina; (37) et multi hoc ipsum iugum Tauri montis credi volunt, quia re vera Parcohatras mons Armeniae inter Taurum et Caucasum medius continuare Taurum cum Caucaso putatur; (38) sed hoc ita non esse discernit fluvius Euphrates, qui, radice Parcohatrae montis effusus, tendens in meridiem, ipsum ad sinistram, Taurum excludit ad dextram. (39) itaque ipse Caucasus inter Colchos et Albanos, ubi et portas habet, mons Caucasus dicitur; (40) a portis Caspiis usque ad Armenias pylas vel usque ad fontem Tigridis fluminis inter Armeniam et Hiberiam montes Acrocerauni dicuntur; (41) a fonte Tigridis usque ad Carras civitatem inter Massagetas et Parthos mons Ariobarzanes; (42) a Carris civitate usque ad oppidum Cathippi inter Hyrcanos et Bactrianos mons Memarmali, ubi amomum nascitur; a quo proximum iugum mons Parthau dicitur; (43) ab oppido Cathippi usque ad vicum Safrim inter Dahas Sacaraucas et Parthyenos mons Oscobares, ubi Ganges fluvius oritur et laser nascitur; (44) a fonte fluminis Gangis usque ad fontes fluminis Ottorogorae, qui sunt a septentrione, ubi sunt montani Paropanisadae, mons Taurus; (45) a fontibus Ottorogorae usque ad civitatem Ottorogoram inter Chunos Scythas et Gandaridas mons Caucasus; (46) ultimus autem inter Eoas et Passyadras mons Imavus, ubi flumen Chrysorhoas et promunturiam Samara orientali excipiuntur oceano. (47) igitur a monte Imavo, hoc est ab imo Caucaso et dextra orientis parte, qua oceanus Sericus tenditur, usque ad promunturium Boreum et flumen Boreum, inde tenus Scythico mari, quod est a septentrione, usque ad mare Caspium quod est ab occasu, et usque ad extentum Caucasi iugum, quod est ad meridiem, Hyrcanorum et Scytharum gentes sunt XLII, propter terrarum infecundam diffusionem late oberrantes.

48. Mare Caspium sub Aquilonis plaga ab oceano oritur, cuius utraque citra oceanum litora et loca deserta inultaque habentur. inde meridiem versus per longas

Гора Кавказъ сначала поднимается въ мѣстности между Колхами, живущими въперху отъ Епмиерійского моря, и Албанцами, живущими у Каспійского моря. До самого крайняго востока онъ *составляетъ*, повидимому, одинъ хребеть, но вслѣть много названій; и многие полагаютъ, что это хребеть горы Тавра, такъ какъ, дѣйствительно, гора Паркогатра въ Арmeniї находится посрединѣ между Тавромъ и Кавказомъ, и, какъ думаютъ, соединяетъ Тавръ съ Кавказомъ; по что это не такъ, показываетъ рѣка Евфратъ, которая береть начало у подошвы горы Паркогатры и, направляясь на югъ, оставляетъ эту гору вѣво, а Тавръ вправо. Итакъ самъ Кавказъ между Колхами и Албанцами, гдѣ онъ имѣть и ворота, называется горою Кавказомъ; отъ воротъ Каспійскихъ до ущельевъ Армянскихъ или до истоковъ рѣки Тигра между Арменией и Иверіей горы носить название Акрокеравискихъ; отъ истоковъ Тигра до города Карръ между Массагетами и Параeanами гора Ариобарзанъ; отъ города Карръ до города Каенппа между Ирканцами и Бактрианами гора Мемармалъ, гдѣ растетъ амомъ; ближайшій къ нему хребеть зовется горой Параеау; отъ города Каенппа до селенія Сафрия между Дагамп, Сакаравками и Параенами — гора Оскобарь, гдѣ пачипнается рѣка Гангъ и гдѣ растетъ гладышъ; отъ истока рѣки Ганга до истока рѣки Отторогоры на сѣверѣ, гдѣ горные Паропанисады, — гора Тавръ; отъ истоковъ Отторогоры до города Отторогоры между Хувами, Синеами и Гандаридами — гора Кавказъ; крайняя же между Восточными и Пассиадрами — гора Имавъ, гдѣ рѣка Хрисороя и мысъ Самара припмаяются восточнымъ океаномъ. Итакъ отъ Имава, т. е. отъ крайняго Кавказа и правой стороны востока, гдѣ простирается Серскій океанъ, до мыса Борея и рѣки Борея, оттуда до Скиескаго моря на сѣверѣ, до Каспійскаго моря на западѣ и до растянутаго хребта Кавказскаго на югѣ живетъ 42 племени Ирканскихъ и Синескихъ, кочующихъ на широкомъ пространствѣ вслѣдствіе неплодородной почвы.

Каспійское море начинается отъ океана въ сѣверномъ полѣсѣ. Оба его берега по сю сторону океана и *прилегающей* мѣстности считаются пустынными и невоздѣ-

angustias tenditur, donec per magna spatia dilatum Caucaſi montis radicibus terminetur. (49) itaque a mari Caspio, quod est ad orientem, per oram oceani septentrionalis usque ad Tanaim fluvium et Maeotidas paludes, quae sunt ad occasum, per litus Cimmerici maris, quod est ab Africo, usque ad caput et portas Caucasi, quae sunt ad meridiem, gentes sunt XXXIII. (50) sed generaliter regio proxima Albania, ulterior sub mari et monte Caspio Amazonom nominatur.

51. Expliciti sunt quam brevissime fines Asiae. nunc Europam in quantum cognitioni hominis conceditur stilo pervagabor.

52. *Incipit* a montibus Riphaeis ac flumine Tanai Maeotidisque paludibus, quae sunt ad orientem, per litos septentrionalis oceani usque ad Galliam Belgicam et flumen Rhenum, quod est ab occasu *descendens*, deinde usque ad Danuvium, quem et Histrum vocant, qui est a meridie et ad orientem directus Ponto accipitur. (53) ab oriente Alania est, in medio Dacia ubi et Gothia, deinde Germania est ubi plurimam partem Suebi tenent. quorum omnium sunt gentes LIII.

Cap. 4, 1—3. Ante annos urbis conditae MCCC Ninus rex Assyriorum.... a meridie atque a Rubro mari surgens, sub ultimo septentrione Euxinum pontum vastando perdomuit, Scythicamque barbariem, adhuc tunc inbellem et innocentem, torpenter excitare saevitiam, vires suas posse, et non lacte iam pecudum, sed sanguinem hominum bibere, ad postremum vincere dum vincitur edocuit....

Cap. 14. Anno ante urbem conditam CCCCLXXX Vesozes rex Aegypti meridiem et septentrionem, divisas paene toto caelo ac pelago plagas, aut miscere bello aut regno iungere studens, Scythis bellum primus indixit missis prius legatis, qui hostibus parendi leges dicerent. (2) ad quae Scythae legatis respondent, stolido opulentissimum regem adversus inopes sumpsisse bellum, quod timendum ipsi magis versa vice fuerit propter incertos belli eventus

занными. Затѣмъ оно тянется на югъ длиннымъ и узкимъ проливомъ, пока, значительно расширившись, не ограничивается подошвой Кавказа. Итакъ отъ Каспийского моря на востокѣ по берегу Сѣверного океана до рѣки Танаида и Меотійскихъ болотъ, которыхъ лежатъ на западѣ, по берегу Киммерийского моря на юго-западѣ, до начала и проходовъ Кавказа на югѣ обитаютъ 84 племени. Ближайшая мѣстность известна подъ общимъ именемъ Албания, а дальняя у моря и горы Каспийской называется *страною Амазонокъ*.

Выше описаны въ самыхъ краткихъ чертахъ предѣлы Азіи. Теперь я опишу Европу, насколько доступно человѣческому знанію.

Она начинается отъ Рифейскихъ горъ, рѣки Танаида и Меотійскихъ болотъ, лежащихъ на востокѣ, простирается по берегу Сѣверного океана до Галліи Бельгійской и рѣки Рейна, который течетъ на западѣ, затѣмъ до Давувія, называемаго и Истромъ, который направляется съ юга на востокѣ и впадаетъ въ Понтъ; на востокѣ лежитъ Алания, по серединѣ Дакія, гдѣ и Готеія, затѣмъ Германія, гдѣ большую часть занимаютъ Свевы; во всѣхъ этихъ странахъ живутъ 54 племени.

За 1300 лѣтъ до основанія Рима царь Ассирийскій Нинъ..., поднявшись съ юга отъ Краснаго моря, на крайнемъ сѣверѣ опустошилъ и покорилъ Евксинскій Понтъ и научилъ варваровъ-Скиѳовъ, дотолѣ невинственныхъ и безвредныхъ, не умѣвшихъ проявлять свою жестокость, познать свои силы и пить уже не молоко животныхъ, а кровь человѣческую, наконецъ научилъ побѣждать пораженіями...

Въ 480 году до основанія города царь Египетскій Весозъ, или желая смѣшать войною югъ и сѣверъ, раздѣленные почти цѣлымъ небомъ и моремъ пояса, или при соединить ихъ къ своему царству, первый объявилъ войну Скиѳамъ, отправивъ на передъ пословъ объявить врагамъ условія подчиненія. На это Скиѳы отвѣчаютъ, что глупо богатѣйший царь предпринять войну противъ немущихъ, ибо ему наоборотъ слѣдуетъ бояться, какъ бы не остаться, въ

nulla praemia et damna manifesta. porro sibi non exspectandum, dum ad se veniantur, sed ultro praedae obviam ituros. (3) nec mora, nam dicta factis insequuntur. primum ipsum Vesozen territum refugere in regnum cogunt, destitutum vero exercitum invadunt omnemque belli apparatus capessunt; universam quoque Aegyptum populavissent, ni paludibus impediti repellentur. (4) inde continuo reversi perdomitam infinitis caedibus Asiam vesticalem fecere; ubi per XV annos sine pace immorati tandem uxorum flagitatione revocantur denuntiantibus, ni redeant, subolem se a finitimis quaesituras.

Cap. 15. Medio autem tempore apud Scythes duo regii iuvenes Plynos et Scolopetius, per factionem optimatum domo pulsi, ingentem iuventutem secum traxere et in Cappadociae Ponticae ora iuxta amnem Thermodontem considerunt campis Themiscyriis sibi subiectis; ubi diu proxima quaeque populati conspiratione finitimorum per insidias trucidantur. (2) horum uxores exilio ac viduitate permota arma sumunt et, ut omnibus par ex simili condicione animus fieret, viros qui superfuerant interficiunt atque accensae in hostem sanguine suo ultiorem caesorum coniugum finitimorum excidio consequuntur. (3) tunc pace armis quaesita externos concubitus ineunt, editos mares mox enecant, feminas studiose nutrunt infantis mammillis, ne sagittarum iactus impedirentur; unde Amazones dictae. (4) harum duas fuere reginae, Marpesia et Lampeto, quae agmine diviso in duas partes vicissim curam belli ac domus custodiam sortiebantur. (5) igitur cum Europam maxima e parte domuissent, Asiae vero aliquantis civitatibus captis, ipsae autem Ephesum aliasque urbes condidissent, praecipuam exercitus sui partem onustam opulentissima praeda domum revocant, reliqua ad tuendum Asiae imperium relictae cum Marpesia regina concursu hostium trucidantur. (6) huius locum Sinope filia capessit, quae singularem virtutis gloriam perpetua virginitate cumulavit. (7) hac fama excitas gentes tanta admiratio et formido invaserat, ut Hercules quoque cum iussus fuisse a

виду неизвестного исхода войны, безъ всякихъ выгодъ и съ явными убытками. Затѣмъ имъ не приходится ждать, пока къ ihnen придутъ, а они пойдутъ сами на встрѣчу добычѣ. Они не медлятъ, и за словомъ слѣдуетъ дѣло. Прежде всего они принуждаютъ самого Весоза въ испугѣ бѣжать въ свое царство, на оставленное же войско нападаютъ и забираютъ всѣ военные припасы. Они опустошили бы также весь Египетъ, если бы не были задержаны и отражены болотами. Вернувшись тотчасъ назадъ, они безкоинчай рѣзней покорили Азію и сдѣлали своею данницею. Тамъ они оставались 15 лѣтъ, не зная мира, и наконецъ были вызваны требованіемъ своихъ женъ, которая заявили, что, если мужья не возвратятся, они будуть искать потомства отъ сосѣдей.

Въ срединѣ этого времени у Скіеовъ два царевича, Плнъ и Сколопетъ, были изгнаны партией опиматовъ въ родной странѣ; они увлекли съ собою большую толпу молодежи и, покоривъ себѣ земли Фемискирскія, поселились около реки Фермодонта по побережьюPontійской Каппадокіи; тамъ они долгое время грабили окрестности, но заговоромъ сосѣдей были убиты изъ засады. Жены ихъ, побужденные жизнью въ изгнаніи и вдовствомъ, берутся за оружіе и, чтобы равное положеніе всѣмъ внушило равное мужество, убиваютъ оставшихся въ живыхъ мужчинъ и, воспламененная противъ враговъ пролитою кровью своихъ, мстятъ за гибель мужей избѣженіемъ сосѣдей. Затѣмъ, оружіемъ добычи себѣ миръ, опѣ вступаютъ въ связи съ чужестранцами, дѣтей мужскаго пола тотчасъ убиваютъ; а дѣвочекъ тщательно воспитываютъ, причемъ въ дѣтскомъ возрастѣ вынужгаютъ имъ правильную груди, чтобы онѣ не имѣвали имъ пускать стрѣлы; отсюда опѣ называли Амазонками. У нихъ были двѣ царицы, Marpesia и Lampeto, которая раздѣлила войско на двѣ части и поочередно заботилась о войнѣ и оберегала родную страну. И поть, покоривъ большую часть Европы и захвативъ нѣсколько государствъ въ Азіи, опѣ, основавъ сами городъ Ефесь и другие города, главную часть своего войска, отягощенную громадною добычою, отозвали домой; прочія, оставленныя для защиты власти въ Азіи, съ царицею Marpesieй, подверглись

domino suo exhibere arma reginae quasi ad inevitabile periculum destinatus, universam Graeciae lectam ac nobilem iuventutem contraxerit, novem longas naves praeparavit, nec tamen contentus examine virium ex improviso adgredi et insperatas circumvenire maluerit. (8) duae tunc sorores regno praeerant, Antiope et Orithyia. Hercules mari advectus incautas ihermesque et pacis incuria desides oppressit. inter caesas cartasque complurimas duae sorores Antiopeae, Melanippe ab Hercule, Hippolyte a Theseo retentae. (9) sed Theseus Hippolyten matrimonio adscivit, Hercules Melanippen sorori reddidit et arma reginae pretio redemptio-
nis accepit. post Orithyiam Penthesilea regno potita est, cuius Troiano bello clarissima inter viros documenta virtutis accepimus.

нападению враговъ и были перебиты. Мѣсто Марпесіи заняла дочь ея Синопа, которая славу своей отмѣнной доблести увеличила еще постоянной дѣственностью. Молва о ней взволновала всѣ народы, внушила такое удивление и вселила такой страхъ, что даже Геркулесь, получивъ отъ своего господина приказъ отнять оружіе у царицы, какъ бы обреченный на неминуемую гибель, собралъ со всей Греціи отборныхъ и знаменитыхъ юношъ и заготовилъ девять военныхъ кораблей, но тѣмъ не менѣе, не довольствуясь своими силами, предпочелъ неожиданно на нихъ напасть и обойти ничего не ожидавшихъ. Во главѣ царства тогда стояли двѣ сестры, Антіона и Орпея. Геркулесь принялъ къ немъ по морю и захватилъ ихъ врасплохъ безоружными и неподготовленными вслѣдствіе царившей въ мирное время беззаботности. Среди многихъ убитыхъ и пленныхъ двѣ сестры Антіопы были удержаны — Меланиппа Геркулесомъ, Ипполита Фисеемъ. Но Фисей вступилъ въ бракъ съ Ипполитой, а Геркулесь возвратилъ Меланиппу сестрѣ и получилъ оружіе царицы въ видѣ выкупа. Послѣ Орионѣ царствомъ завладѣла Пенеесилія, знаменитые подвиги которой среди героевъ во времена Троянской войны мы знаемъ изъ исторіи.

Cap. 19, 2. (Post Sardanapallum) regnum Assyriorum in Medos concessit. deinde multis proeliis undique scatescentibus, quae per ordinem disserere nequaquam aptum videtur, per varios proventus ad Scythas Chaldaeosque et rursus ad Medos parili via rediit...

(Послѣ Сарданапалла) царство Ассирийское перешло къ Миданамъ. Затѣмъ произошло множество сраженій, рассказывать которыхъ по порядку мы находимъ неудобнымъ; послѣ ряда различныхъ событий власть перешла къ Скнеамъ и Халдеямъ и снова тѣмъ же путемъ вернулась къ Миданамъ...

Cap. 21. Anno ante urbem conditam XXX.... (2) Amazonum gentis et Cimmeriorum in Asiam repentinus incursus plurimam diu late vastationem stragemque edidit.

Въ 30 г. до основанія Рима.... внезапное вторженіе племени Амазонокъ и Киммеріцевъ въ Азію произвело на широкомъ пространствѣ ужасное опустошеніе и погромъ.

LIBER II.

Cap. 6. Cyrus, rex Persarum... tunc Asiam Scythiam totumque orientem armis pervagabatur, cum Tarquinius Superbus urbem vel rex vel hostis aut servitio premebat aut bello...

КНИГА 2-Я.

Киръ, царь Персидскій... прошелъ съ оружиемъ въ рукахъ по Азіи, Скиенѣ и всему Востоку тогда, когда Тарквиній Гордый, либо царь, либо врагъ, угнеталъ городъ или рабствомъ, или войною...

Cap. 7. Igitur idem Cyrus proximi temporis successu Scythis bellum intulit. quem Thamyris regina, quae tunc genti praeerat, cum prohibere transitu Araxis fluminis posset, transire permisit, primum propter fiduciam sui, dehinc propter opportunitatem ex obiectu fluminis hostis inclusi. (2) Cyrus itaque Scythiam ingressus, procul a transmisso flumine castra metatus, insuper astu eadem instructa vino epulisque deseruit, quasi territus refugisset. hoc comperto regina tertiam partem copiarum et filium adulescentulum ad persequendum Cugrum mittit. (3) barbari veluti ad epulas invitati ebrietate vincuntur, mox revertente Cyro universi cum adulescente obtruncantur. (4) Thamyris exercitu ac filio amisso vel matris vel reginae dolorem sanguine hostium diluere potius quam suis lacrimis parat. simulat diffidentiam desperatione clavis inlatae, paulatimque cedendo superbum hostem in insidias vocat. (5) ibi quippe coprositis inter montes insidiis ducenta milia Persarum cum ipso rege delevit, adiecta super omnia illius rei admiratione, quod ne nuntius quidem tantae clavis superfuit. (6) regina caput Cyri amputari atque in utrem humano sanguine oppletum coici iubet non muliebriter increpitans: Satia te, inquit, sanguine quem sitisti, cuius per annos triginta insatiabilis perseverasti.

Cap. 8. Anno ab urbe condita CCXLV Darius Cyro apud Scythes interfecto post aliquantum intervallum sorte regnum adep-tus est...

4. (Darius) postquam Assyrios ac Babylonam a Persarum regno deficiente bello recuperavit, Antyro, regi Scytharum, hac vel maxime causa bellum intulit, quod filiae eius petitas sibi nuptias non obtinuerat. (5) magna scilicet necessitas, pro unius libidine hominis septingenta milia virorum periculo mortis exponi. incredibili quippe apparatu cum septingentis milibus armatorum Scythiam ingressus, non facientibus hostibus iustae pugnae potestatem, insuper repentinis incursibus extrema copiarum dilacerantibus, (6) metuens ne sibi redditus

Итакъ тотъ же Киръ спустя вѣкото-рое время началъ войну противъ Скиѳовъ. Царица Фамириса, которая тогда стояла во главѣ этого племени, хотя и могла помѣшать переправѣ черезъ рѣку Араксъ, по-зволила Кирѣ переправиться, во - первыхъ вслѣдствіе уѣрности въ себѣ, а затѣмъ вслѣдствіе удобства, что врагъ будетъ заперть съ тылу рѣкой. Итакъ Киръ, вступивъ въ Скиѳию, расположился вдали отъ рѣки лагеремъ, но затѣмъ коварно покинулъ этотъ лагерь, полный вина и яствъ, какъ будто въ испугѣ уѣждавъ обратно. Узнавъ объ этомъ, царица послала для преслѣдованія Кира третью часть войска и своего юнаго сына. Варвары, словно приглашенные на пиръ, напиваются пьяными. Скоро возвращается Киръ и перевиваетъ пхъ всѣхъ вмѣстѣ съ юношемъ. Фамириса, потерявъ войско и сына, готовится размыть скорбь матери и царицы лучше кровью враговъ, чѣмъ своими слезами. Она выказываетъ притворную нерѣшительность, какъ бы впавъ въ отчаяніе послѣ понесенного пораженія и, понемногу отступая, завлекаетъ въ засаду надменнаго врага. Устроивъ эту засаду въ горахъ, она уничтожила двѣsti тысячъ Персовъ вмѣстѣ съ самимъ царемъ, вызвавъ сверхъ всего удивленіе тѣмъ, что не остался даже вѣстникъ столь великаго пораженія. Царица велѣла отрубить голову Кира и бросить въ мѣхъ, наполненный человѣческой кровью, при чѣмъ *состыдъ* не по женски воскликнула: «Насыться кровью, которой ты жаждаль и которой не могъ насытиться за тридцать лѣтъ».

Въ 245 г. по основаніи Рима, послѣ убіенія Кира въ землѣ Скиѳовъ, царское достоинство послѣ вѣкото-рого промежутка получилъ по жребію Дарій....

Дарій, посредствомъ войны вернувшись пытавшихся отпасть отъ Персидскаго царства Ассирійцевъ и Бавилонъ, объявилъ войну царю Скиѳовъ Антиру главнымъ образомъ по той причинѣ, что тотъ отказалъ ему въ рукѣ своей дочери. Большая, разумѣется, была нужда за похоть одного человѣка подвергать опасности смерти семьсотъ тысячъ воиновъ. Послѣ невѣроятныхъ приготовленій онъ съ семьюстами тысячами вооруженныхъ вторгся въ Скиѳию. Такъ какъ враги не давали случая всту-пить въ правильный бой и сверхъ того

interrupto ponte Histri fluminis negaretur amissis octoginta milibus bellatorum trepidus refugit, quamvis hunc amissorum numerum inter damna non duxerit, et, quem habendum vix quisquam ambire ausus esset, perditum ille non sensit...

внезапными нападениями тревожили фланги полчищъ, то Дарій, боясь, какъ бы не сломали моста черезъ реку Истръ и не отрѣзали ему отступленія, въ страхѣ бѣжалъ обратно, потерявъ 80000 воиновъ, хотя это число погибшихъ онъ и не счелъ за важную потерю и не замѣтилъ гибели такого числа солдатъ, собрать которое другої едва-ли бы осмѣлился надѣяться...

LIBER III.

КНИГА 3-Я.

Cap. 13, § 4 ... (Philippus rex Macedonum) ad Scythiam queque cum Alexandro filio praedandi intentione pertransit. (5) Scythis tunc Atheas regnabat: qui cum Histriano- rum bello premeretur, auxilium a Philippo per Apollonienses petiit, sed continuo His- trianorum rege mortuo et belli metu et au- xiliorum necessitate liberatus pactionem foederis cum Philippo habitam dissolvit. (6) Philippus dimissa obsidione Byzantii Scythicum bellum totis viribus adgreditur, commisoque proelio cum Scythae et nu- mero et virtute praestarent, Philippi fraude vincantur. (7) in ea pugna XX milia puerorum ac feminarum Scythicae gentis capta, pecorum magna copia abducta, auri atque argenti nihil repertum: nam et ea res primo fidem inopiae Scythicae dedit. viginti milia nobilium equarum sufficiendo generi in Ma- cedoniam missa.

(Филиппъ, царь Македонскій) перешелъ также ради грабежа съ сыномъ своимъ Александромъ въ Скиенію. Надъ Скиенами тогда царствовалъ Аеей; тѣснѣный войною съ Истріанцами, онъ черезъ жителей Апол- лоніи просилъ помощи у Филиппа, но, когда вслѣдъ затѣмъ царь Истріанскій умеръ и онъ освободился отъ страха передъ вой- ною и необходимости искать вспомога- тельныхъ войскъ, то уничтожилъ заклю- ченный съ Филиппомъ договоръ. Филиппъ оставилъ осаду Византіи и всеми силами обратился къ войнѣ со Скиенами. Въ про- исшедшемъ сраженіи Скиен превзошли враговъ и числомъ и доблѣстью, но были побѣждены хитростью Филиппа. Въ этомъ сраженіи было взято въ пленъ 20000 де- тей и женщинъ Скиенского племени, уве- дено большое количество скота, но вовсе не найдено золота и серебра: и это об- стоятельство впервые заставило вѣрить въ бѣдность Скиеновъ. 20000 породистыхъ кобылицъ было отправлено въ Македонію для приплода.

Cap. 18. Et ne forte tunc quisquam opinetur vel Orientem solum Alexandri vi- ribus subactum vel Italiam tantummodo Romana inquietudine fatigatam: tunc etiam bellum Hagidis Spartanorum regis in Grae- cia, Alexandri regis Epiri in Lucania, Zopyrionis praefecti in Scythia gerebatur....

4. Zopyrion vero praefectus Ponti adunato triginta milium exercitu Scythis bellum inferre ausus et usque ad interne- cionem caesus funditus cum omnibus copiis suis abrasus est.

5. Igitur Alexander Magnus post Darii mortem Hyrcanos et Mandos subegit: ubi

И пусть никто не думаетъ, что тогда только Востокъ былъ покоренъ самимъ Александромъ или только Италия утомлена без- покойной дѣятельностью Римлянъ: тогда же велась война спартанскимъ царемъ Агидомъ въ Греціи, царемъ Эпирскимъ Александромъ въ Луканіи, префектомъ Зопиріономъ въ Скиені....

Зопиріонъ, префектъ Понта, собравъ 30000 войска, осмѣлился начать войну со Скиенами и, разбитый на голову, былъ стерть съ земли вмѣстѣ со всеми своими войсками.

Такимъ образомъ Александръ Великій послѣ смерти Дарія покорилъ Ирканцевъ

etiam illum adhuc bello intentum Halestris siye Minothea, excita suscipienda ab eo subolis gratia cum trecentis mulieribus procax Amazon invenit. (6) Post haec Parthorum pugnam adgressus, quos diu obnientes delevit propemodum antequam vicit, (7) inde Drangas Euergetas Parimas Paramenos Adaspios ceterosque populos qui in radice Caucasi morabantur subegit, urbe ibi Alexandria super amnum Tanaim constituta.

и Мандовъ; тамъ же его, еще занятаго войною, напала беззастѣнчивая Амазонка Алекстрія или Минея, явившаяся съ тремя стами женщинъ изъ желанія зачать отъ него потомка. Послѣ этого онъ привился за войну съ Паренами, которыхъ, при долгомъ сопротивленіи, почти уничтожилъ прежде чѣмъ побѣдилъ. Затѣмъ онъ покорилъ Дранговъ, Еверетовъ, Паримовъ, Парапаменовъ, Адаспіевъ и прочие народы, жившіе у подошвы Кавказа, и основалъ тамъ выше рѣки Танаиды городъ Александрію.

LIBER IV.

Cap. 20, § 34. Lepido et Mucio consilibus¹⁾ Basternarum gens ferocissima auctore Perseo Philippi filio praedarum spe sollicitata et transeundi Histri fluminis facultate sine ulla pugna vel aliquo hoste delata est. nam tunc forte Danuvius, qui et Hister, crassa glacie superstratus pedestrem facile transitum patiebatur. (35) itaque cum improvide toto et maximo simul agmine inaestimabilis hominum vel equorum multitudine transiret, enormitate ponderis et conuessione gradientum concrepans gelu et glacialis crusta dissiluit universumque agmen, quod diu sustinuerat mediis gurgitibus victa tandem et conminuta destituit atque eadem rursus fragmentis impeditibus superducta summersit. pauci ex omni populo per utramque ripam vix concisis visceribus evaserunt.

КНИГА 4-Я.

Въ консульство Лепида и Муція было уничтожено безъ всякой битвы или врага воинственное племя Бастерновъ, возбужденное подъ вліяніемъ Персея, сына Филиппа, надеждою на добычу и возможнѣстю перейти черезъ рѣку Истръ. Даю въ томъ, что въ то время случайно Давувій, онъ же Истръ, былъ покрытъ толстымъ льдомъ и дѣлалъ возможнѣстъ переходъ пѣшкомъ. Итакъ, когда неисчислимое множество людей и лошадей неосторожно стало переходить чрезъ рѣку цѣлой большой массой, то ледь подъ необыкновенной тажестью и подъ ударами ногъ идущихъ загудѣлъ и ледяная кора, какъ разъ въ серединѣ потока, побѣжденная и сломанная разѣлась, не удержала всей массы войска, а затѣмъ, будучи покрыта мѣшавшими движенію обломками, осѣла въ воду. Немногіе изъ всего народа едва выбрались искалѣченными на оба берега рѣки.

LIBER V.

Cap. I § 16 commemorantur «crudelissima circa advenas Dianaе Tauricae litora».

КНИГА 5-Я.

Упоминаются «райне жестокіе къ пришельцамъ берега Дианы Таврической».

Cap. 4, 12... (Fabius consul)²⁾ fecit fatinus etiam ultimis barbaris Scythiae, non dicam Romanae fidei et moderationi, execrabile...

...(Консулъ Фабій) позволилъ себѣ поступокъ достойный проклятія даже съ точки зрѣнія крайнихъ варваровъ Скиѳіи, не говоря уже о вѣрности и умѣренности Римлянъ.

1) A. 175 a. Chr.

2) A. 142 a. Chr.

Cap. 23, 22 (Publius Servilius exconsul)... Phasidem evertit....¹⁾.

(Бывшій консулъ Публій Сервілій)... разрушилъ Фасидъ....

LIBER VI.

Cap. 4, § 6... (Mithridates) in quoddam castellum devertit atque inde in Armeniam perrexit. (7) Pompeius regem insecurus inter duo flumina, quae ab uno monto diversis specubus exoriuntur, hoc est Euphraten et Araxen, urbem Nicopolim senibus, lixis et aegris volentibus condidit. (8) oranti Tigrani veniam dedit; exercitum Horodis Albanorum regis praefectosque eius ter proelio vicit; postea epistulas Horodis et munera pro pace cum Albanis instauranda libenter accepit; Artacem regem Hiberiae bello fudit totamque Hiberiam in deditiōnem accepit. inde, cum Armeniam Colchos Cappadociam et Syriam ordinatis rebus conposuisset, promovens de Ponto in Parthiam ad Ecbatanam urbem caput Parthici regni quinquagensimo die venit.

Cap. 5. In Bosforo Mithridato Cerealia sacra celebrante terrae motus adeo gravis repente exortus est, ut magna clades ex eo urbi atque agrorum secuta narretur. (2) eodem tempore Castor Mithridatis praefectus, qui Phanagorio praererat, interfecit amicis regiis arcem occupavit et quattuor Mithridatis filios ad praesidia Romana transmisit. (3) Mithridates accensus ira in sclera exarsit. nam conplures tunc amicos suos et Exipodram filium suum interfecit, cum anteā iam alio Macharem parricidio trucidasset; (4) Pharnaces alter filius eius exemplo fratrum territus exercitum ad persequendum sese missum sibi conciliavit et mox adversus patrem duxit. (5) Mithridates diu ex altissimo muro filium frustra precastus ubi inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fertur: «Quoniam Pharnaces, inquit, mori iubet, vos, si estis, di patrii, precor, ut quandocumque et ipse hanc vocem a liberis suis audiat». statimque descendens ad uxores, pelices ac filias suas venenam omni-

КНИГА 6-Я.

...(Миридатъ) свернулъ въ какое-то укрытие, а оттуда направился въ Армению. Собираясь следовать за царемъ, Помпей основатель по желанию стариковъ, обозныхъ и большихъ городъ Никополь между двумя реками, которые берутъ начало въ одной горѣ въ различныхъ пещерахъ, именно между Евфратомъ и Араксомъ. Онъ слизошелъ къ просыбамъ Тиграна и простилъ его; тражды побѣдилъ въ бою войско и вождь Албанского царя Орода; затѣмъ охотно принялъ присланная для заключенія мира съ Албанцами письма Орода и дары. Онъ побѣдилъ на войнѣ царя Иверіп Артака и всю Иверію принялъ въ подданство. Затѣмъ, устроивъ дѣла въ Армении, Колхидѣ, Каппадокіи и Сиріи, двинувшись отъ Понта въ Парсію, онь на 50-й день пришелъ къ городу Экбатанѣ, столицѣ Парсийского царства.

Въ то время какъ Миридатъ справлялъ въ Воспорѣ праздникъ Цереры, внезапно произошло такое сильное землетрясение, что, говорить, за нихъ послѣдовало страшное разрушение городовъ и полей. Въ то же время военачальникъ Миридата Кастроръ, который начальствовалъ въ Фанагоріи, перебилъ царскіхъ друзей, занялъ крѣпость и пересадилъ четырехъ сыновей Миридата въ римскій гарнизонъ. Миридатъ, восплемененный гѣвомъ, распался на злодѣй: онь убилъ тогда нѣсколькоихъ своихъ друзей и сына Эксиподра, уже раньше умертвивъ друзіемъ самоубійствомъ Махара. Другой сынъ его Фарнакъ, устрашенный прымѣромъ братьевъ, привлекъ на свою сторону войско, посланное для его преслѣдованія, и тотчасъ повелъ ею противъ отца. Миридатъ долго тщетно умолялъ сына съ высочайшей стѣнѣ и, увидѣвъ его неумолимымъ, передъ смертью, говорить, воскликнулъ: «Такъ какъ Фарнакъ повелъ

1) A. 81 a.Chr.

bus dedit. (6) quod cum ipse novissimus haussisset nec tamen propter remedia, quibus vitalia sua adversus noxios sucos saepe obstruxerat, veneno confici posset frustraque spatiaretur, si quo tandem modo infusa pestis per venas vegetatione corporis acta discurreret, Gallum quendam militem iam fracto muro discurrentem invitavit eique iugulum praebuit. (7) hunc exitum vitae Mithridates habuit.... annos natus septuaginta et duo, habens secum semper philosophos omniumque artium peritissimos.

ваетъ намъ умереть, то молю вать, отеческие боги, если только вы существуете,— чтобы и онъ самъ когда-нибудь услыхать такое слово отъ своихъ дѣтей». Тотчасъ затѣмъ, сойдя со стѣнъ къ своимъ женамъ, наложницамъ и дочерямъ, онъ далъ имъ всѣмъ ядъ. Послѣ всѣхъ онъ принялъ его и самъ, но по причинѣ противодѣй, которыми онъ часто защищалъ свои жизненные силы противъ вредныхъ соковъ, не могъ погибнуть отъ яда. Тщетно подождавши, не разольется ли какъ-нибудь по жиламъ влитая зараза, разгоняемая жизненными актами тѣла, онъ подозвалъ какого-то солдата Галла, бѣжавшаго уже послѣ сломки стѣны, и подставилъ ему горло. Такой конецъ жизни имѣлъ Миридатъ.... 72 лѣтъ отъ роду; онъ всегда имѣлъ при себѣ философовъ и людей самыхъ опытныхъ во всѣхъ искусствахъ.

Cap. 21, 14. [Augusto imperante] Norici, Illyrii, Pannonii, Dalmatae, Moesi, Thraces et Daci Sarmatae plurimique et maximi Germaniae populi per diversos duces vel superati vel repressi vel etiam obiectu maximorum fluminum, Rheni Danuviique, seclusi sunt...

§ 19. Interea Caesarem apud Tarracensem citerioris Hispaniae urbem legati Indorum et Scytharum toto orbe transmissos tandem ibi invenerunt, ultra quod iam quaerere non possent, refuderuntque in Caesarem Alexandri Magni gloriam: quem sicut Hispanorum Gallorumque legatio in medio oriente apud Babylonam contemplatione pacis adiit, ita hunc apud Hispaniam in occidentis ultimo supplex cum gentilicio munere eous Indus et Scytha boreus oravit...

[Въ царствование Августа] Норики, Иллірійцы, Папіонцы, Далматы, Мезійцы, Фракійцы и Даки-Сарматы и очень многие величайшие народы Германіи были частью побѣждены различными вождями, частью отражены, частью отрезаны величайшими рѣками Рейномъ и Данувіемъ..

Между тѣмъ послы Индійцевъ и Скиѳовъ, пройдя весь земной кругъ, нашли наконецъ Цезара у города Тарракона въ ближайшей Испаніи, дальше чѣго они не могли бы ужъ и искать; они разнесли на Цезаря славу Александра Великаго: какъ посольство Испанцевъ и Галловъ на срединѣ востока у Вавилона обратилось къ Александру съ просьбою о мирѣ, такъ Цезаря въ Испаніи на краинѣ западѣ молили съ подарками отъ своихъ именъ восточный Индусъ и сѣверный Скіпъ...

LIBER VII.

Cap. 2, 5.... Macedonicum regnum sub septentrione cum ipsa caeli plaga tum Alexandri Magni aerae positae usque ad nunc sub Riphaeis montibus docent...

КНИГА 7-Я.

О Македонскомъ царствѣ на сѣверѣ свидѣтельствуетъ какъ сама часть свѣта, такъ и жертвеники Александра Великаго, стоящіе допынѣ подъ Рифейскими горами...

Cap. 13, 3... Hadrianus... bellum contra
Sauromatas gessit et vicit...

...Адріанъ... велъ войну съ Саврома-
тами и побѣдилъ ихъ...

Cap. 15, 8... [Marco Antonino iпre-
rante] cum insurrexisse gentes inmanitate
barbarae, multitudine innumerabiles, hoc
est Marcomanni, Quadi, Vandali, Sarmatae,
Suebi atque omnis paene Germania, et in
Quadorum usque fines progressus exercitus
circumventusque ab hostibus propter aqua-
rum penuriam praesentius sitis quam hostis
periculum sustineret: ad invocationem no-
minis Christi, quam subito magna fidei con-
stantia quidam milites effusi in preces pa-
lam fecerunt, tanta vis pluviae effusa est,
ut Romanos quidem largissime ac sine in-
iuria refecerit, barbaros autem crebris ful-
minum ictibus perterritos, praesertim cum
plurimi eorum occiderentur, in fugam co-
egerit.

...[Въ царствование Марка Антонина],
когда возстали племена по своей дикости
варварскія, по количеству безчисленныя,
именно Маркоманы, Квады, Вандалы,
Сарматы, Свевы и почти вся Германия, и
войско, зайдя въ предѣлы Квадовъ и будучи
окружено врагами, всѣдѣствіе недостатка
воды съ болѣшимъ трудомъ боролось съ
жаждою, чѣмъ съ опасностью, грозившою
со стороны врага, при прaysвѣ имени
